مجاناً اعطوا لا تملكوا ذهبًا ولا فضة ولا نحاسًا في
gratis date. Ne poſſideatis aurum, neque argentum, neque æs in
مناطقكم ولا هميانًا في الطريق ولا ثوبين ولا احذية ولا
zonis ueſtris: neque peram in uia, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque
عصًا لانّ الفاعل مستحق طعامه ✿
uirgam: quoniam operarius dignus eſt cibo ſuo.

الفصل السابع والعشرون

Sectio uigeſima ſeptima,

فاية مدينة او قرية دخلتموها افحصوا عمن يستحق فيها
Quācūque autē ciuitatē aut caſtellū intraueritis, interrogate diligēter qs dignus eſt ī ea
وكونوا هناك حتي تخرجوا ✿ فاذا دخلتم البيت فسلموا
& manete ibi donec exeatis. Et cùm intraueritis domum ſalutate
عليها فان كان البيت مستحقا سلامكم تاتي عليها
eam, & ſi fuerit domus digna ſalutatio ueſtra ueniet ſuper eam:
وان كان لا يستحق فسلامكم يرجع اليكم ✿ ومن لا
& ſi fuerit indigna, ſalutatio ueſtra reuertatur ad uos. Et quicumque non
يقبلكم ولا يسمع كلامكم خارجين من ذلك البيت
receperit uos, neque audierit ſermones ueſtros: exeuntes de illa domo
او من تلك المدينة انفضوا غبار ارجلكم الحق اقول
uel de illa ciuitate, excutite puluerem pedum ueſtrorum, Amen dico
لكم ان لارض سدوم وغامورا راحة في يوم الدين
uobis, quia terræ Sodomæ & Gomorræ remiſſius erit in die iudicij,
اكثر من

اكثر من تلك المدينة ✡ هوذا انا ارسلكم كالخراف بين
quàm illi ciuitati. Ecce mitto uos sicut oues inter
الذياب كونوا حكما كالحيات وودعآء كالحمام ✡
lupos. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.
فاحذروا من الناس فانهم يسلمونكم الي المحافل وفي
Cauete autem ab hominibus. Ipsi enim tradent uos ad concilia & in
مجامعهم يجلدونكم و يقدمونكم الي القواد والملوك
Synagogis suis flagellabunt uos: & ducent uos ante præsides & reges
من اجلي شهادة لهم وللامم ✡ واذا اسلموكم فلا تهتموا
propter me in testimoniũ illis & gentibus. Cùm autẽ tradiderint uos, ne solliciti sitis
كيف او بماذا تقولون فانّكم تعطون في تلك السّاعة
quo modo aut quid loquamini: quoniam uobis dabitur in illa hora
ماذا تتكلمون به لان لستم انتم المتكلمين لكن روح ابيكم
quid loquamini: quoniam non eritis uos loquentes, sed spiritus patris uestri erit
الذي يتكلم فيكم وسيسلم الاخ اخاه الي الموت والاب
qui loquetur in uobis. Et tradet frater fratrem suum ad mortem, & pater
ابنه و تقوم الابنآء علي ابايهم فيقتلوهم وتكونون
filium suum: & surgent filij aduersus patres suos & occident eos, & eritis
مبغضين من الكلّ من اجل اسمي و الذي يصبر الي
odio omnibus hominibus propter nomen meum, & qui perseuerauerit usque in
المنتهي يخلص ✡ فاذا طردوكم من هذه المدينة فاهربوا
finem saluus erit. Cùm autem persecuti fuerint uos in ista ciuitate: fugite
الي اخري الحق اقول لكم انكم لا تكمّلون مداين
in aliam. Amen dico uobis, quoniam uos non consumabitis ciuitates
اسرايل حتّي ياتي ابن الانسان ✡
Israel: donec ueniat filius hominis.

الفصل الثامن والعشرون

Sectio uigesima octaua.

ليس تلميذ افضل من معلمه ولا عبد افضل من سيّده
Non est discipulus maior magistro suo, neque seruus maior domino suo,

حسب التلميذ ان يكون مثل معلمه و العبد ان يكون
sufficiens erit discipulus si sit sicut magister eius: & seruus si sit
مثل سيده ان كانوا يسموا ربّ البيت باعلزبول فكم
sicut dominus eius. Si uocauerunt patrem familias Beelzebub, quantò
بالحري اهل بيته فلا تخافوهم ۞ فليس خفي الاّ سيظهر
magis domesticos eius? Ne ergo timeatis eos. Nō est enī quid opertum quī reueletur:
ولا مكتوم الا سيعلم ۞ الذي اقوله لكم في الظلمه
neque occultum quid quin sciatur. Quod dico uobis in tenebris.
قولوه في النور وما سمعتموه باذانكم فنادوا به علي السطوح
dicite in lumine: & quod audistis auribus uestris prædicate super tecta.
ولا تخافوا ممن يقتل الجسد ولا يستطيع ان يقتل النفس
Neque timebitis eum, qui occidit corpus: & non potest occidere animam:
ولكن خافوا جدًا ممن يقدر ان يهلك النفس و الجسد
Sed timete ualdè eum qui potest perdere animam & corpus
جميعًا في نار جهنّم اليس عصفوران قد يباعان بفلس
simul in ignem gehennæ. Nonne duo passeres ueneunt asse:
وواحد منهما لا يسقط علي الارض دون ارادة ابيكم
& unus ex illis non cadet super terram præter uoluntatem patris uestri?
فشعور روسكم كلها محصاة فلا تخافوا اذا انتم فانكم
capilli autem capitum uestrorum omnes numerati sunt. Non ergo timebitis: cùm uos
افضل من عصافير كثيره فكل من يعترف بي قدام
meliores sitis passeribus multis, Omnis ergo qui confitebitur me coram
الناس اعترف به قدام ابي الذي في السموات ۞ ومن
hominibus, confitebor illum coram patre meo qui in cœlis est. Et qui
انكرني قدام النــاس انكرته انا قدام ابي الذي في
negauerit me coram hominibus: negabo illum coram patre meo qui in
السموات ۞
cœlis est.

الفصل التاسع والعشرون
Sectio uigesima nona.

لا تظنوا

لاتظنوا اني جيت لالقي علي الارض سلامة ماجيت
Ne arbitremini quòd ego uenerim ut mitterem ſuper terram pacem: non ueni
لالقي سلامة لكن سيفًا لانني انّما اتيت لافرق الانسان
ut mitterem pacem, ſed gladium: Quoniam ego quidem ueni ad ſeparandum hominẽ
من ابيه والابنه من امها و العروس من حماتها واعدا
à patre ſuo, & filiam à matre ſua, & nurum à ſocro ſua: & inimici
الانسان اهل بيته ۞ من احبّ ابًا او امًّا اكثر مني فما
hominis ſunt domeſtici eius. Qui amat Patrẽ aut matrem pluſquam me nõ eſt utique
يستحقني ومن احب ابنًا او ابنة اكثر مني فما يستحقني
dignus me: & qui amat filium aut filiam pluſquam me, utique non eſt dignus me.
ومن لا يحمل صليبه و يتّبعني فما يستحقني من وجد
Et qui non portat crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt dignus me. Qui inuenit.
نفسه فهو يهلكها ومن اهلك نفسه من اجلي وجدها
animam ſuam: & ipſe perdet eam Et qui perdit animam ſuam propter me inuenit eã.
ومن قبلكم قبلني ومن يقبلني فهو يقبل الذي ارسلني
Et qui recipit uos recipit me: & qui recipit me, & ipſe recipit eum qui miſit me.
۞ ومن يقبل نبيًا باسم نبيّ فاجر نبيّ ياخذ ومن يقبل
Et q recipit prophetã in nomine prophetę: & mercedẽ prophetę accipiet. Et q recipit
صديقًا باسم صديق فاجر صديق ياخذ ومن سقي
iuſtum in nomine iuſti: & mercedem iuſti accipiet. Et quicumque potum dederit
احد هاولاء الصغار كاس ماء بارد فقط باسم تلميذ فالحق
uni horum minimorum calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: Amen
اقول لكم ان اجره لا يضيع ۞
dico uobis, quia merces ipſorum non peribit.

الفصل الثلثون

Sectio trigeſima.

ولمّا اكمل يسوع امره لتلاميذه الاثني عشر انتقل من
Et cùm conſumaſſet Ieſus præcipere diſcipulis ſuis duodecim, tranſiit
هناك ليعلّم و يكرز في مدنهم فلمّا سمع يوحنّا في
inde, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Cùm autem audiſſet Iohannes in

السجن باعمال المسيح ارسل اليه اثنين من تلاميذه
carcere opera Christi: misit ad eum duos ex discipulis suis
قايلا انت هو الآتي ام نترجي اخر اجاب يسوع و قال
dicens. Tu es qui uenturus es, an expectamus alium? Respondit Iesus & dixit
لهما اذهبا و اعلما يوحنا بما رايتما و سمعتما العميان
eis. Ite & docete Iohannem ea quæ uidistis & audistis. Cœci
يبصرون و العرج يمشون والبرص يطهرون و الصمّ
uident, & claudi ambulant & leprosi mundantur, & surdi
يسمعون والموتي يقومون و المساكين يبشرون وطوبي
audiunt, & mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur. & beatus
لمن لا يشك في فلمّا ذهب هذان بداء يسوع ان يقول
qui non scandalizabitur in me. Cùm autem abirent hi cæpit Iesus dicere
للجمع من اجل يوحنا ماذا خرجتم الي البريه تنظرون
ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum uidere?
اقصبة يحركها الريح لكن ماذا خرجتم تنظرون أانسانا
arundinem quam agitat uentus? Sed quid existis uidere? hominem
لابسا لباسا ناعما ان الذين يلبسون الثياب الناعمة
uestitum uestibus mollibus? ecce qui uestiuntur uestibus mollibus,
يكونون في بيوت الملوك لكن ماذا خرجتم تنظرون
sunt in domibus regum, Sed quid existis uidere?
نبيا نعم اقول لكم انه افضل من نبيّ ۞ لان هذا هو
prophetam? Etiam dico uobis, quia ipse est plusquam propheta. Quoniam hic est
الذي كتب من اجله هاانّذا مرسل ملاكي امام
de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante
وجهك ليسهل طريقك قدامك ۞ الحق اقول
faciem tuam, ad preparandam uiam tuam ante te. Amen dico
لكم انه لم يقم في مواليد النسا اعظم من يوحنا
uobis, quia non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne
المعمداني ومن هو اصغر في ملكوت السماء اعظم منه ۞
Baptista. Qui autem est minor in regno cœlorum, maior est illo.
ومن

ومن ايّام يوحنّا المعمداني الي الان ملكوت السموات تغصب
A diebus autem Iohannis Baptistæ usque nunc, regnum cœlorum uim patitur,
وغاصبون يختطفونها ٭ لان جميع الانبياء والنّاموس
& uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex
تنبّوا الي يوحنّا فان اردتم ان تقبلوه فهو ايليا المزمع
prophetauerunt usque ad Iohannem; & si uultis recipere eum, ipse est Elias
ان ياتي من له اذنان سامعتان فليسمع ٭ بماذا اشبه
qui uenturus est. Qui habet aures audientes, audiat. Cui assimilabo
هذا الجيل يشبه صبيانا جالسين في الاسواق يصيحون
hanc generationem? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamant
الي اصحابهم قايلين زمرنا لكم فلم ترقصوا ونحنا لكم
ad coęquales suos dicentes. Cecinimus uobis, & non saltastis: lamentauimus uobis,
فلم تبكوا لان يوحنّا جاء لاياكل ولايشرب فقالوا معه
& nō planxistis. Venit enim Iohannes nō manducans neque bibēs, & dixerunt, cū illo
جنون جاء ابن الانسان ياكل ويشرب فقالوا هذا انسان
sunt demonia. Venit filius hominis manducans & bibens: & dixerunt, hic homo
اكول شريب الخمر خليل العشارين والخطاة فعدلت
est uorax & potator uini, amicus publicanorum & peccatorum, & iustificata est
الحكمة من بنيها ٭
sapientia à filijs suis,

الفصل الحادي والثلثون

Sectio trigesima prima.

حينيذ بدا ان يعير المدن التي كان فيهن اكثر قواته
Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factę fuerunt plurimæ uirtutes eius,
لانهم لم يتوبوا قايلا الويل لك ياكورزين والويل لك
quia ipsi non egissent pœnitentiam, dicens. Vę tibi Corozàin, uę tibi
يابيت صيدا لان القوات التي كنّ فيكما قديما لو كنّ في
Bethsaida: quoniam uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim, si factę fuissent in
صور وصيدا لتابتا بالمسوح والرماد لكنّي اقول لكما
Tyro, & Sydone pœnitentiam egissent in ciliciis & cinere. Veruntamen dico uobis:

ان لصور وصيدا راحة يوم الدين اكثر منكما
quia Tyro & Sydoni remiſſio erit in die iudicij maior, quàm uobis.
وانت يا كفرناحوم هل ارتفعت الي السماء ستهبط الي
Et tu Capharnaum, numquid eleuata es, uſque ad cœlum? deſcendes uſque ad
الجحيم لانه لو كان في سدوم هذه القوات التي كانت
infernum. Quia ſi factæ fuiſſent in Sodoma hæ uirtutes quæ factæ ſunt
فيك اذن لثبتت الي اليوم لكن اقول لكم ايضا
in te fortè manſiſſent uſque ad hanc diem. Veruntamen dico uobis, etiam,
ان ارض سدوم تجد راحة يوم الدين اكثر منك
quia terra Sodomę inueniet remiſſionem in die iudicij, maiorem quàm tu.

الفصل الثاني والثلثون

Sectio trigeſima ſecunda.

و في ذلك الزمان اجاب يسوع و قال اعترف لك ايها
Et in illo tempore reſpondit Ieſus, & dixit. Confiteor tibi ò
الاب ربّ السموات والارض لانك اخفيت هذه عن
pater, Domine cœlorum & terræ, quia abſcondiſti hæc à
الحكما والفهما واظهرتها للاطفال نعم يا ابة ان هذه المسرة
ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea infantibus. ita pater, quoniam hoc placitum
هكذا كانت امامك كل شي قد دفع لي من ابي وليس
ſic fuit ante te. Omnia tradita ſunt mihi à patre meo. Et
احد يعرف الابن الّا الاب ولا الاب الّا الابن ومن يريد
nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem, niſi filius; & cui uoluerit
الابن يكشف له تعالوا الّي يا جميع المتعوبين والثقيلي
filius reuelare. Venite ad me omnes labore attriti, & grauati
الحمل وانا اريحكم احملوا نيري عليكم و تعلموا مني فانني
onere: & ego reficiam uos. Portate iugum meum ſuper uos & diſcite à me, quia
وديع و متواضع القلب وتجدون راحة لنفوسكم
ſum mitis, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus ueſtris.
لان نيري طيّب و حملي هو خفيف
Quoniam iugum meum eſt bonum, & onus meum eſt leue.

الفصل الثالث والثلثون

Sectio trigesima tertia.

في ذلك الزمان مضي يسوع في سبت بالزروع و جاع
In illo tempore abijt Iesus in sabbatho per sata; & esurierunt
تلاميذه فبدوا يفركون سنبلاً و ياكلون فلما ابصرهم
discipuli eius, & cœperunt uellere spicas, & manducare. Cùm autem uidissent eos
الفريسيون قالوا له هاهوذا تلاميذك يعملون ما
pharisæi, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non



لا يحل ان يعمل في السبت فقال لهم اما قراتم ما صنع
licet facere in sabbatho. Et dixit eis: Nonne legistis quid fecerit
داود لمّا جاع و الذين معه كيف دخل الى بيت
Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum
اللّه واكل خبز التقدمه الذي لايحلّ له اكله ولاللذين
Dei? & comedit panem propositionis, quem non licebat ei comedere, neque his qui
معه الاّ للكهنه فقط ۞ اوما قراتم في الناموس ان
cum eo erant, nisi sacerdotibus tantùm? Aut non legistis in lege.

الكهنة في السبت في الهيكل ينجسون السبت
quia sacerdotes sabbatho in templo uiolant sabbathum,
وليس عليهم ذنب اقول لكم ان هاهنا اعظم من
& non est eis peccatum? Dico uobis, quia hic maior est
الهيكل ولو كنتم تعلمون ماهو الرحمة اريد لا الذبيحة لم
templo. Si autem sciretis quid est, Misericordiam uolo, non sacrificium: non
تحكموا على من لا ذنب له لان ربّ السبت هو ابن
iudicaretis super eum, cui non est peccatum, quoniam Dominus sabbathi est filius
الانسان ✲
hominis.

الفصل الرّابع والثلثون
Sectio trigesima quarta.

ولما انتقل يسوع من هناك دخل الى مجمعهم واذا
Et cùm transisset Iesus inde, intrauit in Synagogam eorum. Et ecce



انسان كان هناك وكانت يده يابسة فكانوا يسألونه
homo erat ibi, & erat manus eius arida, & interrogabant eum
قايلين

قايلين هل يحل ان يشفي في السّبوت لكي يقرفوه فقال
dicentes: An liceat curare in ſabbathis? ut accuſarent eum. Dixit autem
لهم ايّ انسان منكم يكون له خروف واحد وان
illis: Quis homo ex uobis eſt qui habeat ouem unam: & ſi
يسقط في حفرة في السبت اليس يمسكه ويقيمه فكم
ceciderit in foueam in ſabbatho, nonne tenebit eam & leuabit eam? Quantò
احري الانسان افضل من الخروف فاذن يحلّ فعل
magis homo eſt melior oue? Itaque licet operatio
الخير في السبوت حينيذ قال للانسان امدد يدك
boni in ſabbathis. Tunc ait homini: Extende manum tuam
فمدها فصحت سوّية مثل الاخري ۞ فخرج الفريسيون
Et extendit eam: & ſanata eſt æquè ac altera. Exierunt autem phariſæi
متوامرين عليه كيف يهلكونه فعلم يسوع ذلك
inuicē cōſiliū accipiētes aduerſus eū, quomodo perderēt eū. Cognouit autē Ieſus hoc
وانتقل من هناك ۞ وتبعه جمع كثير فشفلي جيعهم
& tranſiit inde. Et ſecuta eſt eum turba multa, & curauit omnes illos:
وامرهم الّا يظهرونه لكي يتم ما قيل في اشعيـاء النبي
& præcepit eis ne manifeſtarent eū. Vt adimpleretur quod dictum eſt in Iſaia propheta
القايل هاهوذا فتاي الذي اخترته وحبيبي الذي
dicente: Ecce puer meus quem elegi & dilectus meus in quo
سرت نفسي به اضع روحي عليه ويخبر الامم بالحكم
complacuit anima mea. ponam ſpiritum meū ſuper eū, & nuntiabit gētibus iudicium.
لايماري ولايصيح ولايسمع احد صوته في الشوارع
Non contendet neque clamabit, neque audiet quis uocem eius in plateis.
قصبة مرضوضه لا يكسر وسراج مطفطف لايطفي حتّي
Arundinē quaſſatā nō cōfriget, & lucernā ad extītionem tendentē nō extīguet: donec
يخرج الحكم الي الغلبة وعلي اسمه تتكل الامم ۞
eijciat iudicium ad uictoriam: & in nomine eius ſperabunt gentes.

الفصل الخامس والثلثون

Sectio trigeſima quinta.

حينيذ اتي اليه باعمي مجنون اخرس فابراه حتّي ان
Tunc ductus est ad eum cœcus dęmoniacus mutus; & curauit eum ita ut
الاعمي الاخرس تكلم وابصر فكان يبهت الجمع كلهم ۞
cœcus mutus loqueretur & uideret. Et stupebant turbæ omnes



وقالوا لعلّ هذا هو ابن داود ۞ فسمع الفريسيون وقالوا
& dicebant Numquid hic est filius Dauid? Audierunt autem pharisęi & dixerunt:
هذا لا يخرج الشياطين الّا بباعل زبول رييس
Hic non ejcit dęmonia nisi in Beelzebub principe
الشياطين ۞ فلمّا علم يسوع فكرهم قال لهم كل مملكة
dęmoniorum. Cùm autem cognouisset Iesus cogitationes eorũ dixit eis Omne regnũ
منقسمة علي ذاتها تخرب وكل مدينة او بيت تنقسم علي
diuisum in se ipsum desolabitur & omnis ciuitas aut domus quæ diuisa est in
ذاتها لا يثبت فان كان الشيطان يخرج الشيطان فقد
se ipsam, non stabit. Et si satanas ejiceret satanam iam
انقسم علي نفسه فكيف يقوم مملكته فان كنت انا
diuisus est contra se, & quomodo stabit regnum ipsius? & si ego
اخرج

اخرج الشياطين بباعل زبول فابناوكم بماذا يخرجون
eijcio dæmones in Beelzebub: & filij ueſtri in quo eijciunt?
من اجل هذا هم يحكمون عليكم فان كنت انا بروح
Ideo ipſi iudicabunt ſuper uos. Si autem in ſpiritu
الله اخرج الشياطين فقد قربت منكم ملكوت الله ☼
Dei eiicio dæmones: igitur appropinquauit uobis regnum Dei.
و كيف يستطيع احد ان يدخل بيت القوي ويخطف
Et quomodo poteſt quis intrare in domum fortis, & diripere
متاعه الّا ان يربط القوي اوّلا و حينيذ ينهب بيته ☼
uaſa eius: niſi alligauerit fortem prius, & tunc diripiet domum eius?
من ليس هو معي فهو عليّ ومن لا يجمع معي فهو يبدد
Qui non eſt mecum, ipſe eſt contra me: & qui non congregat mecum, ipſe ſpargit.
من اجل هذا اقول لكم ان كل خطية و تجديف
Ideo dico uobis, quòd omne peccatum & blaſphemia
يترك للناس والتجديف علي الروح القدس لا يترك
relaxabitur hominibus, blaſphemia autem in ſpiritum ſanctum non relaxabitur
للناس و كلمن يتقول كلمة علي ابن الانسان يترك له
hominibus. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, relaxabitur ei:
والذي يتقول علي الروح القدس لا يترك له لا في هذا
qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum non relaxabitur ei neque in hoc
الدهر ولا في الاتي ☼ امّا ان تجعلوا الشجره جيدة و ثمرتها
ſeculo, neque in uenturo. Aut ponitis arborem bonam, & fructum eius
جيده واما ان تجعلوا الشجرة رديّة و ثمرتها رديّة لان من
bonum, aut arborem malam, & fructum eius malum, quoniam ex
الثمرة تعرف الشجره يا اولاد الافاعي كيف تقدرون ان
fructu cognoſcitur arbor. Progenies uiperarum, quomodo poteſtis
تتكلموا بالصلاح وانتم اشرار انما يتكلم الفم من فضل ما
loqui bona & uos mali? Etenim loquitur os ex abundantia quæ eſt
في القلب ☼ الانسان الصالح من كنزه الصالح يخرج
in corde. Homo bonus, ex theſauro bono profert

الصلاح والانسان الشرير من كنزه الشرير يخرج الشرّ ✿
bona: & homo malus, de theſauro malo profert mala.
واقول لكم ان كل كلمة يتكلم بها الناس بطالة يعطون
Dico autem uobis, quia omne uerbum quod locuti fuerint homines otioſū, dabunt
عنها جواباً في يوم الدين لانك من كلامك تبرر
de eo reſponſum in die iudicij. Quoniam tu ex uerbis tuis iuſtificaberis,
و من كلامك يحكم عليك ✿
& ex uerbis tuis iudicium dabitur contra te.

الفصل السّادس والثلثون

Sectio trigeſima ſexta

حينيذ اجابه قوم من الكتبة والفريسيين قايلين
Tunc reſponderunt ei quidam ex Scribis & phariſęis, dicentes:
نريد يا معلم ان نري منك اية ✿ فاجابهم و قال لهم
Volumus magiſter uidere à te ſignum. Et reſpondit eis & dixit eis,
الجيل الشرير الفاسق يطلب اية فلا يعطي اية له الا اية
Generatio mala adultera quærit ſignum: & non dabitur ſignum ei, niſi ſignum
يونان النبي لان يونان النبي كما كان في بطن الحوت ثلاثة
Ionæ prophetæ, Quoniam Ionas propheta quemadmodum fuit in uentre ceti tribus
انهر وثلث ليال كذلك يكون ابن الانسان في قلب
diebus & tribus noctibus: Sic erit filius hominis in corde
الارض ثلثه انهر وثلث ليال رجال نينوي يقومون
terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ ſurgent
في الحكم ويحاكمون هذا الجيل لانهم تابوا بكرزة يونان
in iudicio & iudicabūt hāc generationē: q̄m ipſi pœnitētiā egerūt ī prędicatione Ionę.
و هاهنا افضل من يونان ملكة التيمن تقوم في الحكم
Et ecce pluſquam Ionas. Regina auſtri ſurget in iudicio
مع هذا الجيل وتحاكمه لانها اتت من اقاصي الارض
cum iſta generatione, & condemnabit eam quia ipſa uenit à finibus terræ
لتسمع من حكمة سليمان وهاهنا افضل من سليمان
ut audiret de ſapientia Salomonis, Et ecce hic pluſquam Salomon.
فلما

۞ فلمّا يخرج الروح النجس من الانسان ياتي امكنة
Cùm autem exierit ſpiritus inmundus ab homine ambulat per loca
ليس فيها ماء طالب راحة فلا يجد فيقول حينيذ
in quibus non eſt aqua quærens requiem, & non inuenit, Et dicit tunc
ارجع الي بيتي الذي خرجت منه فياتي فيجد المكان
Reuertar in domum meam ex qua exiui, Et uenit & inuenit locum
فارغا مكنوسا مزينا فيذهب حينيذ فياخذ معه
uacantem, ſcopis mundatum ornatum. Et uadit tunc & aſſumit ſecum
سبعة ارواح اخر اشرّ منه وداخلين تسكن هناك
ſeptem ſpiritus alios nequiores ſe, & intrantes habitant ibi:
فتكون اخرة ذلك الانسان اشرّ من اولته وهكذا
& fiet nouiſſimum illius hominis peius principio eius. Et ſic
يكون لهذا الجيل الشرير ۞ وفيما هو يكلّم الجمع واذا امّه
erit huic generationi malæ. Et dum ipſe loqueretur turbæ, ecce mater eius
واخوته كانوا يقومون خارجا ويطلبون ان يكلّمونه
& fratres eius ſtabant foris, & quærebant alloqui eum
فقال له انسان ها امك واخوتك برّا يطلبون
Et dixit ei homo quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt
مكالمتك فاجاب وقال للذي قال له من هي امّي و
loqui tecum. Et reſpondit & dixit illi qui dixerat ei: Quæ eſt mater mea, &
من هم اخوتي واومي بيده الي تلاميذه وقال هولاء
qui ſunt fratres mei? Et annuit manu ſua uerſus diſcipulos ſuos, & dixit. Hi ſunt
امي واخوتي ومن صنع مشية ابي الذي في السموات
mater mea & fratres mei. Et qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt,
هواخي واختي وامي ۞ ———— ۞
ipſe eſt frater meus, & ſoror mea, & mater mea.

الفصل السّابع والثلثون

Sectio trigeſima ſeptima

وفي ذلك اليوم خرج يسوع من البيت وجلس جانب
Et in illo die exijt Ieſus de domo, & ſedit ſecus

البحر واجتمع اليه جمع كبير حتي انه صعد الي السفينه
mare. & congregata eſt ad eum turba magna, adeo ut aſcenderet in nauiculam,
وجلس وكان الجمع كله قياما علي الشط وكلمهم كثيرا
& ſederet: & turba omnis ſtabat in littore & locutus eſt eis multa



بامثال قايلا هاهوذا خرج الزارع ليزرع وفيما هو يزرع
in parabolis dicens. Ecce exijt ſeminans ut ſeminaret. Et dum ſeminaret
سقط البعض علي الطريق فاتي الطير واكله وبعض سقط
ceciderũt quędã ſuper uiã, & uenerunt uolucres & comederũt illa. Et quędã ceciderũt
علي الصخرة حيث لم يكن له ارض كثيرة وللوقت
ſuper petram, ubi non erat eis terra multa, & continuò
شرق اذ ليس له عمق ارض ولما اشرقت الشمس احترّ
exorta ſunt, cùm non eſſet eis profunditas terræ, & cùm ortus eſſet ſol eſtuauerunt
وحيث لم يكن له اصل يبس وبعض سقط في الشوك
& cùm non eſſet eis radix aruerunt. Et quædam ceciderunt in ſpinas:
فطلع الشوك وخنقه وبعض سقط في الارض الجيدة
creuerunt autem ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Et quædam ceciderunt in terram bonam:
فاعطي

فاعطي ثمرة للواحد ماية و لاخر ستين و لاخر ثلثين من
& dederunt fructum, pro uno centum, & pro alio sexaginta, & pro alio triginta. Qui
له اذنان سامعتان فليسمع ۞ و تقدم اليه تلاميذه
habet aures audientes audiat. Et accesserunt ad eum discipuli eius
وقالوا له لماذا تكلهم بالامثال فاجابهم وقال انتم اعطيتم
& dixerũt ei. Quare loqueris eis in parabolis? Et respõdit eis & dixit, Vos donati estis
معرفة سراير ملكوت السموات واوليك لم يعطوا ومن
cognitione mysteriorum regni cœlorum, & illi donati non sunt, Et qui
كان له يعطي و يزاد ومن ليس له فالذي له يوخذ منه ۞
habet aliquid dabitur, & addetur: & qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.
فلهذا اكلّهم بالامثال لانّهم يبصرون ولا يبصرون و
Et ideo loquor eis in parabolis: quoniam ipsi uident & non uident, &
يسمعون فلا يسمعون ولا يفهمون لكي يتمّ فيهم نبوة اشعيا
audiunt & non audiunt, neque intelligunt, ut adimpleretur in eis prophetia Isaiæ
القايل سمعًا تسمعون و لاتفهمون و نظرًا تنظرون و لا
dicentis. Audiendo audietis, & non intelligetis: & prospiciendo prospicietis & non
تبصرون لقد غلظ قلب هذا الشعب و ثقلت اذانهم
uidebitis. Incrassatum est enim cor huius populi, & grauatæ sunt aures eorum,
عن السماع و غمضوا عيونهم ليلاّ يبصروا بعيونهم ولا
ne audiant, & clauserunt oculos suos: ne uideant oculis suis, neque
يسمعوا باذانهم ولا يفهموا بقلوبهم و يرجعوا اليّ فاشفيهم ۞
audiant auribus suis, neque intelligant cordibus suis, & reuertãtur ad me, & sanẽ eos
فامّا انتم فطوبي لعيونكم لانها تنظر ولاذانكم لانها تسمع
At uos, beati sunt enĩ oculi uestri, quia ipsi perspiciunt, & aures uestrę qa ipsę audiunt
الحقّ اقول لكم ان كثيرًا من الانبياء والصديقين اشتهوا
Amen dico uobis quia multi ex prophetis & iustis cupierunt
ان يروا ما رآيتم فلم يروا وان يسمعوا ما سمعتم فلم يسمعوا ۞
uidere quod uidistis uos, & non uiderunt: & audire quod audistis, & non audierunt.
اسمعوا انتم مثل الزارع كلّ من يسمع كلام الملكوت ولا
Audite uos parabolam seminantis, Omnis qui audit uerba regni & non

يفهم ياتي الشرير فيخطف ما قد زرع في قلبه هذا
intelligit uenit malus, & rapit quod seminatum fuit in corde eius: hic est
الذي زرع علي الطريق والذي زرع علي الصخرة هو
qui seminatus est super uiam. Et qui seminatus est super petram: est
الذي يسمع الكلام وللوقت يقبله بفرح وليس له
qui audit uerba, & continuò recipit ea cum gaudio, & non habet
فيه اصل لكن في زمن يسير اذا حدث ضيق اوطرد من
in ea radicem, sed in tempore modico, cùm prouenit tribulatio aut persecutio prop-
اجل الكلام فللوقت يشك والذي زرع في الشوك
ter uerba, continuò scandalizatur. Et ille qui seminatus est in spinis:
فهو الذي يسمع الكلام فيخنق الكلام فيه اهتمام هذا
est qui audit uerba, & suffocat uerba in eo sollicitudo huius
الدهر وخداع الغني فيكون بغير ثمرة والذي زرع في
seculi & fallacia diuitiarum, & efficitur sine fructu. Et qui seminatus est in
الارض الجيدة هو الذي يسمع الكلام ويتفهّم فيعطي
terram bonam: est qui audit uerba & intelligit, & dat
ثمرة للواحد ماية ولاخر ستين ولاخر ثلثين ۞
fructum pro uno centum, & pro altero sexaginta, & pro altero triginta.

الفصل الثامن والثلثون

Sectio trigesima octaua.

وضرب لهم مثلاً اخر قايلاً تشبه ملكوت السموات
Et proposuit eis parabolam aliam dicens. Assimilatur regnum cœlorum
انساناً زرع زرعًا جيدًا في حقله فلمّا نام الناس جآء
homini qui seminauit semen bonũ in agro suo. Cùm autẽ dormirent homines, uenit
عدوه وزرع زواناً وسط القمح ومضي فلمّا نبت القمح
inimicus eius, & seminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cũ autẽ creuisset triticũ,
وصنع ثمرة حينيذ ظهر الزوان فجآء عبيد ربّ الحقل
& fecisset fructum: tunc apparuerunt zizania. Venerunt autem serui domini agri
فقالوا له يا سيّد اليس زرعًا جيدًا زرعت في حقلك
& dixerunt ei. Domine, nonne semen bonum seminasti in agro tuo?
فمن

فمن اين صار فيه زوان فقال لهم رجل عدو فعل هذا
unde ergo facta sunt in eo zizania? Et ait illis, Homo inimicus fecit hoc.
فقال له عبيده اتريد ان نذهب فنجمعه فقال لهم لا
Dixerunt autem serui sui, Vis ne eamus & colligamus ea? Et dixit eis, Non,
ليلّا تجمعوا الزوان فتنقلع معه الحنطة دعوهما ينبتان
ne fortè colligatis zizania, & eradicetis cum eis triticum. Sinite ea crescere
جميعًا الي زمن الحصاد وفي زمان الحصاد اقول للحصّادين
simul usque ad tempus messis, & in tempore messis dicam messoribus,
اولًا اجمعوا الزوان وشدّوه حزمًا ليحرق واما القمح
Prius colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ut comburantur, triticum autem
فاجمعوه الي اهراي ✿
congregate in horreum meum.

الفصل التاسع والثلثون

Sectio trigesima nona.

وضرب لهم مثلًا اخر قايلا تشبه ملكوت السموات
Et proposuit eis parabolam aliam dicens, Assimilatur regnum cœlorum
حبة خردل اخذها انسان وزرعها في حقله لانها
grano sinapis, quod accepit homo & seminauit illud in agro suo, quia ipsum est
اصغر الزراريع كلها فاذا طالت صارت اكبر من جميع
minimum seminum omnium. Cùm autem creuerit, factum est maius omnibus
البقول وتصير شجرة حتي ان طاير السمآء يستظل تحت
oleribus, & fit arbor, adeo ut uolucres cœli obumbrentur sub
اغصانها ✿ وكلّمهم بمثل اخر وقال لهم تشبه ملكوت
ramis eius. Et locutus est eis in parabola alia, & dixit eis. Assimilatur regnum
السموات خميرًا اخذته امراة وخباته في ثلثة اكيال
cœlorum fermento, quod accepit mulier & abscondit illud in tribus satis
دقيق فاختمر الجميع ✿ هذا كله قاله يسوع للجموع
farinæ: & fermentatum est totum. Hæc omnia dixit Iesus turbis
بامثال وبغير مثل لم يكن يكلّمهم هذا ليتمّ ما قيل في
in parabolis: & sine parabola nō loquebatur eis: Hoc ut adimpleret quod dictū est in

النبي القايل افتح فاي بالامثال وانطق بالخفيات من
propheta dicente: Aperiam os meum in parabolis, & loquar abſcondita
قبل اساس العالم ۞ حينيذ ترك الجمع وجآء الي
ante fundationem mundi. Tunc dereliquit turbam & uenit in
البيت فجاء اليه تلاميذه وقالوا فسّر لنا مثل زوان
domũ: Venerũt avtẽ ad eũ diſcipuli eius & dixerũt. Ediſſere nobis parabolã zizaniorũ
الحقل فاجاب و قال الذي زرع الزرع الجيد هو ابن
agri. Reſpondit autem & dixit, qui ſeminauit ſemen bonum eſt filius
الانسان والحقل هو العالم والزرع الجيّد هم بنو الملكوت
hominis, Et ager eſt mundus, Et ſemen bonum ſunt filij regni
والزوان هم بنو الشرير والعدو الذي زرعهم هو الشيطان
Et zizania ſunt filij maligni. Et inimicus qui ſeminauit ea: eſt diabolus:
والحصاد هو منتهي الدهر والحصادون هم الملايكة وكما
Et meſſis eſt finis ſeculi, Et meſſores ſunt angeli, Et ſicut
انهم يجمعون الزوان اولاً ويحرق بالنار هكذا يكون في
ipſi congregant zizaniam prius, & comburunt igni: ſic erit in
منتهي هذا الدهر يرسل ابن الانسان ملايكته و
fine huius ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, &
يجمعون من مملكته كلّ الشكوك وفاعلي الاثم فيلقونهم
colligent de regno ſuo omnia ſcandala, & operantes iniquitatem, & proijcient eos
في اتون النار هناك يكون البكا وصرير الاسنان
in fornacem ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium
حينيذ تضي الصديقون مثل الشمس في ملكوت ابيهم
Tunc fulgebunt iuſti ueluti ſol in regno patris eorum,
من له اذنان سامعتان فليسمع ۞
Qui habet aures audientes audiat.

الفصل الاربعون

Sectio quadrageſima.

وتشبه ملكوت السموات كنزاً مخفياً في حقل وجده
Et aſſimilatur regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem inuenit
انسان

انسان فخباه ومن فرحه مضي باع كلّ شئ له واشتري
homo, & abſcondit ipſũ, & præ gaudio eius abijt uendit omnia quę habebat, & emit
ذلك الحقل وايضًا تشبه ملكوت السموات انسانًا تاجرًا
illum agrum. Et iterum aſſimilatur regnum cœlorum homini negotiatori
يطلب الجوهر الحسن فوجد درّة كثيرة الثمن فمضي و باع
qui quęrit gemmã pręciosã. Inuenit autem margaritã magni pretij, & abijt, & uendit
كلما له واشتراها و ايضا تشبه ملكوت السموات شبكة
quodcumque habebat, & emit eam. Et iterum aſſimilatur regnum cœlorum rete
القيت في البحر فجمعت من كلّ جنس فلمّا امتلات
quod miſſum eſt in mare, & congregauit ex omni genere, cùm autem impletum eſſet,
اطلعوها الي الشاطي فجلسوا وجمعوا الخيار في الاوعيه
eduxerunt illud ad lictus, & ſederunt, & collegerunt ſelecta in uaſis ſuis,
والشرار رموه خارجًا هكذي يكون في انقضا هذا
& mala proiecerunt foras. Sic erit in fine huius
الزمان تخرج الملايكة ويميزون الاشرار من وسط الصدّيقين
temporis, exibunt angeli & ſegregabunt malos de medio iuſtorum
ويلقونهم في اتون النار هناك يكون البكا وصرير
Et proijcient eos in fornacem ignis, ibi erit fletus, & ſtridor
الاسنان ثم قال لهم افهمتم هذا كلّه قالوا نعم يا ربّ فقال
dentium. Deinde dixit eis, Intellexiſtis hæc omnia? Dixerunt, utique dñe, dixit autẽ
لهم من اجل هذا كلّ كاتب يتلمّذ لملكوت السموات
eis, Ideo omnis ſcriba qui docet pro regno cœlorum
يشبه انسانًا ربّ بيت الذي يخرج من كنزه جددًا وقدمًا
aſſimilatur homini patri familias qui educit de theſauro ſuo noua & uetera.

الفصل الحادي والاربعون

Sectio quadrageſima prima.

ولمّا اكمل يسوع هذه الامثال انتقل من هناك وجاء
Et cùm conſumaſſet Ieſus iſtas parabolas, receſſit inde, & uenit
الي بلدته وكان يعلم في مجامعهم حتي انهم بهتوا وقالوا
in ciuitatem ſuã, & docebat in ſynagogis eorũ, adeò ut ipſi obſtupeſcerent, & dicerent,

من اين له هذه الحكمة والقوّة اليس هذا هو ابن النجار
Vnde ei hæc ſapientia & uirtus? Nonne hic eſt filius fabri lignarij?
اليس امه مريم واخوته يعقوب ويوسا و سمعان و يهودا
Nonne mater eius eſt Maria: & fratres eius Iacob & Ioſeph & Simon & Iudas?
اليس اخواته كلّهن عندنا فمن اين له هذا كله وكانوا
Nonne ſorores eius ſunt apud nos? Vnde ergo ei hæc omnia? Et ſcan-
يشكون فيه ۞ وان يسوع قال لهم ليس يهان نبيّ الّا
dalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis. Non habetur uilipendio propheta niſi
في بلدته و بيته و لم يصنع هناك قوات كثيرة من
in ciuitate ſua, & in domo ſua. Et non operatus eſt ibi uirtutes multas
اجل قلة ايمانهم ۞
propter paruitatem fidei eorum.

القصل الثاني والاربعون
Sectio quadrageſima ſecunda.

و في ذلك الزمان سمع هيرودس ريس الربع خبر
Et in illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam
يسوع فقال لغلمانه هذا هو يوحنّا المعمدان و هو قام من
Ieſu: & dixit pueris ſuis, Hic eſt Iohannes Baptiſta: & ipſe ſurrexit à
الاموات فمن اجل هذا القوّات تعمل به ۞ وكان هيرودس
mortuis, & propterea uirtutes operantur in eo. Herodes autem
قد امسك يوحنّا وشدّه وجعله في السّجن من اجل
comprehenderat Iohannem & ligauerat eum: & poſuerat in carcerem propter
هيروديا امرآة اخيه فيلبس لأن يوحنّا كان يقول له ما
Herodiadem uxorem fratris ſui Philippi. Quoniam Iohannes dicebat ei. Non
يحلّ لك ان تكون لك وكان يريد قتله وخاف من
licet tibi habere eam, Et uolebat occiſionem eius, & timuit
الجمع لانه كان عندهم مثل نبيّ ۞ وكان يوم ميلاد
turbam: quia ille erat apud eos ueluti propheta. Erat autem dies natalis
هيرودس فرقصت ابنة هيروديا في الوسط فاعجبت
Herodis & ſaltauit filia Herodiadis in medio: & admiratione affecit
هيرودس

هيرودس فلهذا اقسم وقال اني اعطيها ما تطلبه وانّها
Herodem, & propter hoc iurauit & dixit, Ego dabo ei quodcumque petierit. Ipſa autẽ
تلقنت من امها اولاً وقالت اعطني راس يوحنّا المعدان
monita fuit à matre ſua prius & dixit. Da mihi caput Iohannis Baptiſtæ
في طبق فحزن الملك ومن اجل اليمين والمتكيين
in diſco. Et contriſtatus eſt rex & propter iuramentum & accumbentes
معه امران تعطي وارسل واخذ راس يوحنّا في السّجن
cum eo præcepit dari. Et miſit & accepit caput Iohannis in carcere



فجآوا بالراس في طبق ودفعوه للصبيه واعطته الصبيه
Et attulerunt caput in diſco & porrexerunt illud puellæ & dedit illud puella
لامها وجآء تلاميذه واخذوا الجسد فدفنوه واتوا
matri ſuæ. Et uenerũt diſcipuli eius & acceperũt corpus & ſepelierũt illud. Et uenerũt
واخبروا يسوع ۞ فلمّا سمع يسوع مضي من هناك في
& nunciauerunt Ieſu. Cùm autem audiſſet Ieſus receſſit inde in
سفينه الي البريّة منفرداً وسمع الجمع وتبعه ماشيين
nauiculam in deſertum ſeorſum. Et audiuit turba & ſequuti ſunt eum abeuntes

من المدن فلمّا خرج ابصر جمعًا كبيرًا فتحنن عليهم
de ciuitate. Cùm autem exiret uidit turbam magnam & misertus est super eos
وابرّا اعلّاهم
& sanauit languores eorum.

الفصل الثالث والاربعون

Sectio quadragesima tertia.

ولمّا كان المسآ جاء تلاميذه وقالوا ان المكان قفر والساعة
Et cũ sero factũ esset uenerũt discipuli eius & dixerunt, Quia locus est desertus & hora



قد جازت اطلق الجمع ليذهبوا الى القري فيبتاعوا
iam pertransiit dimitte turbam ut eant in castella & emant
لهم طعامًا وان يسوع قال لهم لا حاجة لذهابهم اعطوهم
sibi cibos. Iesus autem dixit eis. Non est necesse ire eos date eis
انتم لياكلوا فقالوا له ليس هاهنا لنا الا خمس
uos ut manducent. Dixerunt autem ei Non sunt hic nobis nisi quinque
خبزات وحوتان فقال لهم قدّموهم اليّ هاهنا وامر
panes & duo pisces. Et dixit eis Adferte eos ad me huc & iuxit
بجلوس

بجلوس الجمع على العشب واخذ خمس الخبزات والحوتين
ut ſederet turba ſuper herbam & accepit quinque panes & duos piſces
ونظر الي السماء وبارك وقسم وعطي الخبز لتلاميذه وناول
& aſpexit in cœlum & benedixit & diuiſit & dedit panẽ diſcipulis ſuis, & porrexerunt
التلاميذ الجمع فاكل جميعهم وشبعوا ورفعوا من
diſcipuli turbæ. Et comederunt omnes ipſi & ſaturati ſunt & ſubſtulerunt de
فضلات الكسر اثنتي عشر سلا مملوة وكان عدد الآكلين
reſiduis fragmentorum duodecim cophinos plenos. Et erat numerus manducantium,
خمسة الف رجل سوي النساء والصبيان ۞
quinque millia uirorum præter mulieres & paruulos.

الفصل الرابع والاربعون

Sectio quadrageſima quarta.

وللوقت امر تلاميذه ان يصعدوا الي السّفينة ويسبقوه
Et ſtatim iuſſit diſcipulis ſuis aſcendere in nauiculam, & præcedere eum
الي العبر ليطلق الجموع ۞ فاطلق الجموع وصعد الي الجبل
trans fretum, ut dimitteret turbas. Et dimiſit turbas, & aſcendit in montem
منفردًا ليصلي ۞ فلمّا كان المساء وكان يسوع وحده هناك
ſolus ut oraret. Et cùm factum eſſet ſero, & eſſet Ieſus ſolus ibi,
والسفينة في وسط البحر فضربتها الامواج لمعاندة
Et nauicula in medio maris, & agitaſſent eam fluctus, erat enim contrarius
الريح لها وفي الهجعة الرّابعة من الليل جاءهم ماشيًا
uentus eis, Et in uigilia quarta noctis, uenit ad eos ambulans
علي البحر فلمّا رآه تلاميذه ماشيًا على البحر اضطربوا
ſuper mare. Cùm autẽ uidiſſent eum diſcipuli eius ambulãtẽ ſuper mare, turbati ſunt,
وقالوا انّه خيال ومن المخافة صرخوا فكلّمهم يسوع قايلا
& dixerũt, Quia phãtaſma eſt. Et præ timore exclamauerũt, Et locutus eſt eis Ieſus, di-
تقووا انا هو لا تخافوا ۞ اجابه بطرس وقال يا ربّ ان كنت
cens, Eſtote fortes: ego ſum nolite timere. Reſpondit ei Petrus & dixit, Domine ſi es
انت هو فامرني ان آتي اليك علي الماء فقال له تعال فنزل
tu ipſe, iube me uenire ad te ſuper aquam, Et dixit ei ueni, Et deſcendit

بطرس من السّفينة ومشي علي المآء جاييًا الي يسوع
Petrus de nauicula, & ambulauit super aquam ueniens ad Iesum.
فرآي قوة الريح وخاف وكاد يغرق فصاح قايلًا يا ربّ
Vidit autē ualiditatē uēti, & timuit: & propè erat ut submergeret, & exclamauit dicēs,
نجّني وللوقت مدّ يسوع يده واخذه وقال له يا قليل الأمانة
Dn̄e, saluū me fac. Et cōtinuò extēdit Iesus manū suā, & apprehendit eū: & dixit ei:
لم شككت ۞ فلمّا صعد السّفينة سكنت الريح فجآء
Modicæ fidei quare dubitasti? Et cùm ascēdisset in nauiculā quieuit uētus. Et uenerūt



الذين كانوا في السّفينة وسجدوا له قايلين انت هو
qui erant in nauicula, & adorauerunt eum, dicentes. Tu es
بالحقيقة ابن الله ولمّا عبروا جآوا الي ارض جاناشر فعرفه
ĩ ueritate filius Dei. Et cùm trāsfretassēt uenerunt ĩ terrā Genasar. Et cognouerunt illū
اهل ذلك المكان وارسلوا الي جميع اهل تلك الكورة
uiri illius loci, & miserunt ad omnes incolas illius regionis
فقدّموا اليه كل المسقومين وطلبوا اليه لكيما يلمسوا
Et obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogauerunt eum ut tangeret
طرف

طرف ثوبه فقط وكلّ من لمسـه خلص ۞
extremitatem uestimenti eius tantùm. Et quicumque tetigit eum, saluus factus est

الفصل الخامس والاربعون

Sectio quadragesima quinta.

حينيذ جاء الي يسوع من اورشليم كتبة وفريسيون
Tunc uenerunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi,
قايلين لماذا تلاميذك يتعدّون وصية المشيخة اذ لا
dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur mandatum seniorum, cùm non
يغسلون ايديهم عند اكلهم الخبز فاجا بهم وقال لهم لماذا
lauent manus suas quando manducant panem? Et respondit eis, & dixit eis. Quare
انتم تتعدّون وصية الله من اجل سننكم الم يقل الله
uos transgredimini mandatum Dei propter statuta uestra? Nonne dixit Deus
اكرم اباك وامك والذي يقول كلامًا رديًا في ابيه
Honora patrem tuum & matrem tuam, & qui dicit uerbum malum in patrem suum
وامه موتًا يموت وانتم تقولون من قال لابيه اولامه كل قربان
& matrē suā: morte moriat? Vos autē dicitis. Quicūque dixerit patri suo aut matri suę
الذي هو مني ينفع لك فليس يكرم اباه وامه وابطلتم
Omne munus ꝙ est ex me, proderit tibi: & nō honorabit patrē suū & matrē suā: & ua
كلام الله من اجل سننكم حسنًا يا مرايين حسنًا
num fecistis uerbum Dei propter statuta uestra. Bene hypocritæ bene
تنبّي عليكم اشعيا النبيّ قايلا ان هذا الشعب قريب مني
prophetauit contra uos Isaias propheta dicens, Quòd hic populus propinquus est mihi
بفيه ويكرمني بشفتيه وقلبه بعيد عني ويعبدونني
ore suo: & honorat me labijs suis & cor eius est distans à me. Et colunt me
باطلًا ويعلّمون تعليم وصايا الناس ودعا الجمع وقال لهم
frustra, & docent doctrinam mandatorum hominum. Et uocauit turbam, & dixit eis,
اسمعوا وافهموا ليس ما يدخل الفم ينجّس الانسان لكن
Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed
الذي يخرج من الفم هذا هو ينجّس الانسان ۞ حينيذ
quod exit ab ore, hoc est quod coinquinat hominem. Tunc

جاء اليه تلاميذه وقالوا له اعلم ان الفريسيين لمّا سمعوا
uenerunt ad eum diſcipuli eius, & dixerunt ei, Scias quòd phariſæi poſtquā audierunt
الكلام شكّوا فاجابهم و قال كل غرس لا يغرسه
uerbum ſcandalizati ſunt. Et reſpondit eis & dixit. Omnis plantatio quā nō plantauit
ابي السّما بي يقلع ۞ دعوهم فانهم عميان قادة عميان
pater meus cœleſtis eradicabitur. Sinite eos quoniam ipſi cœci ſunt, duces cœcorum
واعمي يقود اعمي يقع كلاهما في حفرة ۞ اجابه بطرس
& cœcus qui ducit cœcum cadunt ambo in foueam. Reſpondit ei Petrus
وقال له فسّر لنا المثل فقال لهم حتي وانتم ايضاً غير
& dixit ei, Expone nobis parabolam, Et dixit eis, Adhuc & uos etiam non
فهيمين هذا لا تفهمون ان كلّما يدخل في الانسان
intelligitis hoc? Non intelligitis quia omne quod intrat in os hominis
يصل الي البطن وينطرد الي المخرج وامّا الذي يخرج من
peruenit in uentrem, & expellitur in ſeceſſum? Sed quod exit ab
الفم فهو يخرج من القلب هذا الذي ينجّس الانسان
ore illud exit ex corde. Hoc eſt quod coinquinat hominem:
لانه يخرج من القلب الفكر الشرير القتل الزنا الفسق
quia exit ex corde cogitatio mala, occiſio, fornicatio, adulterium,
السرقة شهادة الزور التجديف هذا الذي هو ينجّس
furtum, teſtimonium falſum, blaſphemia, hoc eſt quod coinquinat
الانسان فامّا الأكل بغير غسل ايد فليس ينجّس
hominem, Sed manducare abſque lotione manuum non coinquinat
الانسان ۞
hominem.

الفصل السّادس والاربعون

Sectio quadrageſima ſexta.

ولمّا خرج يسوع من هناك جاء الي نواحي صور وصيدا
Et cùm exiſſet Ieſus inde, uenit in partes Tyri & Sydonis.
واذا امراة كنعانية خرجت من تلك التخوم تصيح
Et eccè mulier Chananæa egreſſa eſt ex illis finibus quæ clamabat,
وتقول

وتقول ارحمني ياربّ يابن داود ابنتي بها شيطان ردي
& dicebat: Miſerere mei fili Dauid: filia mea habet dęmonium malum
فلم يجبها بكلمة فجاء تلاميذه وسالوه قايلين اطلق
Et nō reſpōdit ei uerbū. Venerūnt autē diſcipuli eius & rogauerūt eū dicētes, Dimitte
هذه المراة لانها تصيح في اثرنا ۞ فاجاب وقال لم ارسل الّا
hāc mulierem: quia clamat in ueſtigijs noſtris: Et reſpōdit & dixit, Nō ſum miſſus niſi
الي الخراف الضالة من بيت اسرايل ۞ فاتت وسجدت
ad oues errantes de domo Iſrael. Venit autem illa & adorauit



له قايلة ياربّ اعنّي فاجاب وقال ليس هو جيّد ان
eum dicens, Domine adiuua me. Et reſpondit & dixit, Non eſt bonum ut
يوخذ خبز البنين ويعطي للكلاب فقالت نعم ياربّ
ſumatur panis filiorum & detur canibus. Dixit autem illa Vtique Domine:
والكلاب تاكل من الفتات الذي يسقط من موايد اربابها
& canes comedunt de micis quæ cadunt de menſis dominorum ſuorum.
حينيذ اجاب يسوع وقال لها يامراة عظيم ايمانك
Tunc reſpondit Ieſus & dixit ei O mulier magna eſt fides tua:

يكون لك كما اردت فبرآت ابنتها من تلك السّاعة ۞
fiat tibi ſicut uoluiſti, & ſanata eſt filia eius ex illa hora.

الفصل السابع والاربعون

Sectio quadrageſima ſeptima.

وانتقل يسوع من هناك وجـاء الي عبر بحر الجليل و
Et receſſit Ieſus inde, & uenit trans mare Galilæę: &
صعد الي الجبل وجلس هناك وجاء اليه جمع كبير
aſcendit in montem, & ſedit ibi. Et uenit ad eum turba magna,
معهم خرس وعمي وعرج وعسم واخرون كثيرون فخروا
quibus cum erant muti, cæci, claudi, & aridi, & alij multi: & ceciderunt
عند رجليه فابراهم وتعجب الجمع لانهم نظروا الخرس
ad pedes eius, & ſanauit eos. Et mirata eſt turba, quoniam ipſi uiderunt mutos
يتكلمون والعرج يمشون والعميا يبصرون ومجدوا اله
loqui, & claudos ambulare, & cæcos uidere, & glorificauerunt Deum
اسرايـــــــــــــــــــــــــل ۞
Iſrael.

الفصل الثامن والاربعون

Sectio quadrageſima octaua.

وان يسوع دعا تلاميذه وقال لهم انني اتحنن علي هذا
Ieſus autem uocauit diſcipulos ſuos, & dixit eis, Equidem miſereor ſuper hanc
الجمع لان له معي ثلثة ايام هاهنا وليس عندهم ما
turbam: quoniam ſunt mecum tribus diebus hic, & non eſt apud eos quod
ياكلون ولا اريد ان اطلقهم صيامًا ليلاّ يضعفوا في الطريق
comedant: neque volo dimittere eos ieiunos, ne deficiant in uia.
فقال له تلاميذه من اين نجد خبزًا في البريّة يشبع هذا
Et dixerunt illi diſcipuli eius. Vnde inueniemus panem in deſerto qui ſatiet hanc
الجمع فقال لهم يسوع كم عندكم من الخبز فقالوا له سبعة
turbam? Dixit autem eis Ieſus. Quot ſunt apud uos panes? Et dixerunt ei, ſeptem,
ويسير من سمك فامران يتكي الجموع علي الارض واخذ
& pauci piſces. Et præcepit ut diſcumberent turbæ ſuper terram. Et accepit

سبع

سبع الخبزات والسمك وبارك وكسر واعطي التلاميذ
ſeptem panes, & piſces & benedixit & fregit, & dedit diſcipulis,
وناول التلاميذ الجموع فاكل جميعهم وشبعوا ورفعوا
& porrexerunt diſcipuli turbis. Et comederũt omnes ipſi & ſaturati sũt. & ſubſtulerũt
فضلات الكسر سبع قفاف مملوة وكان الذين اكلوا نحو
reſiduis fragmentorum ſeptem cophinos plenos. Et fuerunt qui comederunt circa
اربعة الف رجل سوي النسآء والصبيان ۞
quatuor millia uirorum præter mulieres & paruulos.



الفصل التاسع والاربعون

Sectio quadrageſima nona.

واطلق الجمع وصعد الي السفينة وجآء الي تخوم مجدل
Et dimiſit turbam & aſcendit in nauiculam: & uenit in fines Magedal.
وجآء الفريسيون والزنادقة ليجربوه ويسألوه ان يريهم
Et uenerunt Phariſei & Saducęi; & tentauerũt eũ: & rogauerunt eum ut oſtederet eis
اية من السمآء ۞ فاجابهم قايلاً اذا كان المسآ قلتم ان
ſignum de cœlo. Et reſpondit illis dicens. Quando factum eſt ueſpere dicitis, Quia

السما مصحية لاحمرارها وبالغداة تقولون اليوم شتاء
cœlum erit ſerenum ob rubedinem ſuam. Et mane dicitis, Hodie erit tempeſtas,
لاحمرار جو السماء بعبوس ايها المراوون تعلمون تميزون
ob rubedinem concauitatis cœli cum triſtitia magna. O hypocritę noſtis diiudicare
وجه السماء واية هذا الزمان لاتعلمون ۞ الجيل الشرير
faciem cœli: & ſignum huius temporis non cognoſcitis. Generatio mala
الفاسق يطلب اية ولا يعطي اية الا اية يونان النبي ثم تركهم
adultera quærit ſignũ: & nõ dabitur ſignũ, niſi ſignũ Ionę prophetę. Deĩde reliqt eos
ومضي ثم جاء تلاميذه الي العبر ونسوا ان ياخذوا خبزاً ۞
& abijt. Et uenerunt diſcipuli eius trans fretum, & obliti ſunt accipere panem.
وان يسوع قال لهم انظروا وتحرزوا من خمير الفريسيين و
Et Ieſus dixit eis. Intuimini & cauete à fermento Phariſęorum &
الزنادقه ۞ ففكروا قايلين انا لم ناخذ خبزاً فعلم يسوع وقال
Saducęorũ. Cogitauerũt autẽ dicẽtes, Quia nos nõ accepimus panẽ. & cognouit Ieſus
لهم لماذا تفكرون في نفوسكم ياقليلي الايمان انكم ليس
& dixit eis. Quare cogitatis inter uos modicæ fidei, quia non eſt
معكم خبز اما تفهمون ولا تذكرون خمس الخبزات لخمسة
uobiſcum panis? Non intelligitis, & non recordamini quinque panum, in quinque
الف وكم سل اخذتم وسبع الخبزات لاربعة الف وكم
millia? & quot caniſtros accepiſtis? & ſeptem panum in quatuor millia? & quot
قفة اخذتم لماذا لم تفهموا لانني لم اقل لكم من اجل
cophinos ſumpſiſtis? Quare non intelligitis quoniam ego non dixi uobis de
الخبز تحرزوا من خمير الفريسيين والزنادقة حينيذ فهموا
pane, Cauete à fermento Phariſęorum & Saducęorum: Tunc intellexerunt
انه لم يقل لهم ان يتحرزوا من خمير الخبز لكن من تعليم
quia ipſe non dixerit eis ut cauerent à fermento panis, ſed à doctrina
الفريسيين والزنادقة ۞
Phariſæorum & Saducæorum.

الفصل الخمسون

Sectio quinquageſima.

ولما

ولمّا جآء يسوع الي ناحية قيسارية فيلبس فسـأل
Cùm autem ueniſſet Ieſus in partes Cæſareç Philippi: interrogauit
تلاميذه ماذا تقول النـاس في ابن البشر فقالوا قوم
diſcipulos ſuos. Quid dicunt homines de filio hominis? Et dixerunt Alij
يوحنّا المعمدان واخرون ايليآ واخرون ارميا او واحد
Iohannem Baptiſtam, & alij Eliam, & alij Ieremiam, aut unum
من الانبيآ فقال لهم فانتم ماذا تقولون من انا اجـاب
ex prophetis. Et dixit eis. Vos autem quid dicitis, quis ego ſum? Reſpondit



سمعان بطرس وقال انت هو المسيح ابن الله الحي ۞ اجاب
Simon Petrus & dixit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Reſpondit
يسوع وقال له طوباك يا سمعان بن يونا ليس جسد ولادم
Ieſus & dixit ei: Beatus es Simon fili Ionæ. Non caro neque ſanguis
اظهر لك هذا لكن ابي الذي في السموات وانا اقول لك
reuelauit tibi hoc, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Et ego dico tibi,
انك انت الصخرة وعلي هذا الصخرة ابني بيعتي
quia tu es petra: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,

وابواب الجحيم لاتقوي عليهـ واعطيك مفاتيح
& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, Et dabo tibi claues
ملكوت السموات وما ربطته علي الارض يكن مربوطا في
regni cœlorum. Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in
السموات وما حللته علي الارض يكن محلولا في السموات
cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis.
☼ حينيذ اوصي تلاميذه الا يقولوا لاحد انه يسوع
Tunc præcepit diſcipulis ſuis ne dicerent cuiquam, quia ipſe eſſet Ieſus
المسيح ☼
Chriſtus.

الفصل الحادي والخمسون

Sectio quinquageſima prima.

وبدا يسوع من ذلك اليوم يخبر تلاميذه انه ينبغي ان
Et cæpit Ieſus ex illa die annunciare diſcipulis ſuis quia eum oporteret
يمضي الي اروشليم ويقبل الاما كثيرة من المشايخ وروسا
ire Ieruſalem, & recipere paſſiones multas à ſenioribus & principibus
الكهنة والكتبة ويقتلونه وبعد ثلثة ايام يقوم ☼ فاقبل
ſacerdotum & ſcribis, & occidi ab eis, & poſt tres dies reſurgere. Et aſſumpſit
بطرس وبدا يمنعه ويقول حاشاك يارب ان يكون لك
Petrus, & cæpit reſiſtere & dicere, Abſit à te Domine, ut ſit tibi
هذا فالتفت وقال لبطرس اذهب عني يا شيطان فقد
hoc. Et conuerſus eſt, & dixit Petro, Recede à me Satana, iam enim
صرت لي شكا لانك ماتفكر فيما لله لكن فيما للناس ☼
factus es mihi ſcandalum: quia tu non cogitas quæ Dei ſunt, ſed quę ſunt hominum.

الفصل الثاني والخمسون

Sectio quinquageſima ſecunda.

حينيذ قال يسوع لتلاميذه من اراد ان يتبعني فليكفر
Tunc dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Quicunque vult ſequi me, abneget
بنفسه ويحمل صليبه ويتبعني ومن اراد ان يخلص
ſemetipſum, & portet crucem ſuam, & ſequatur me, & q̃cunque uoluerit saluã facere
نفسه

نفسه فهو يهلكها ومن اهلك نفسه من اجلي وجدها
animam ſuã, ipſe perdet eam, Et q̃cũque perdiderit animã ſuã propter me ĩueniet eã.
ماذا ينتفع الانسان لو ربح العالم كله وخسر نفسه
Quid prodeſt homini, ſi lucratus fuerit mundũ totũ, & detrimẽtũ patiatur animę ſuę?
او ماذا يعطي الانسان فدا عن نفسه ۞ ان ابن الانسان
Et quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis
مزمع ان ياتي في مجد ابيه مع ملايكته حينيذ يجاري
futurus eſt ut ueniat in gloria patris ſui cum angelis ſuis, tunc retribuet
كل احد كنحو عمله ۞ الحق اقول لكم ان قوما من
unicuique ſecundum operationem ſuam. Amen dico uobis, quia aliqui ex
القيام هاهنا لا يذوقون الموت حتي يروا ابن الانسان
ſtantibus hic, non guſtabunt mortem, donec uideant filiũ hominis
اتيا في ملكوته ۞
uenientem in regno ſuo.

الفصل الثالث والخمسون

Sectio quinquageſima tertia.

وبعد ستة ايام اخذ يسوع بطرس ويعقوب ويوحنّا
Et poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem
اخاه واتي بهم الي جبل عال وحدهم وتجلّي قدامهم واضا
fratrẽ eius, & duxit eos ĩ mõtẽ excelſũ ſeorſũ, & oſtẽdit gloriã ſuã corã eis. Et reſplen
وجهه كالشمس وكانت ثيابه بيضا كالنور واذا موسي و
duit facies eius ſicut ſol: & facta ſunt ueſtimenta eius alba ſicut lux. Et ecce Moyſes &
ايليا ظهرا له يخاطبانه اجاب بطرس وقال ليسوع يا ربّ
Elias apparuerunt ei loquentes cum eo. Reſpondit Petrus, & dixit Ieſu, Domine
جيّد ان نكون هاهنا تشا ان نتخذ ثلثة مظال واحدة
bonum eſt ut maneamus hic: uis ut faciamus tria tabernacula, unum
لك وواحدة لموسي وواحدة لايليا وفيما هو يتكلم واذا
tibi, & unum Moyſi, & unum Eliæ? Et dum ipſe loqueretur, ecce
سحابة نيرة ظللتهم وصوت من السّحابة يقول هذا ابني
nubes lucida ualdè obumbrauit eos, Et uox de nube dixit, Hic eſt filius meus

الحبيب الذي به سررت فاسمعوا له فسمع تلاميذه
dilectus in quo complacui: audite ipsum, Et audierunt discipuli eius
وسقطوا علي وجوههم وخافوا جدًّا وجاء يسوع اليهم
& ceciderunt in facies suas, & timuerunt ualdè. Et uenit Iesus ad eos,
ولمسهم وقال قوموا لا تخافوا فرفعوا عيونهم ولم يروا الّا يسوع
& tetigit eos & dixit, Surgite, ne timeatis. Et eleuauerũt oculos suos, & nõ uiderũt, ni
وحده فلمّا نزلوا من الجبل اوصاهم يسوع قايلاً لا تعلموا
si Iesum solum, Et cùm descenderent de monte, pręcepit eis Iesus dicens, Ne dicatis



احدًا بالرويا حتي يقوم ابن الانسان من الاموات ۞ وساله
alicui uisionem, donec resurgat filius hominis à mortuis. Et interrogauerunt eum
تلاميذه قايلين لماذا تقول الكتبة ان ايليا ياتي اولاً
discipuli eius, dicentes, Quare dicunt Scribæ quia Elias ueniet prius?
فاجاب وقال لهم ان ايليا ياتي ويعرفكم كل شي واقول
Respondit autem eis, & dixit eis, Quia Elias ueniet, & docebit uos omnia, Et dico
لكم ان ايليا قد جاء ولم يعرفوه ولكن عملوا به كل
uobis, quia Elias uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quodcum-
ما اراد

ما ارادوا هكذا ابن الانسان يتألم منهم حينيذ تيقن
que uoluerunt. Sic filius hominis patietur ab eis. Tunc apertè intellexerunt
التلاميذ انه قال لهم من اجل يوحنّا المعمدان ۞
discipuli, quia ipse dixerat eis de Iohanne Baptista,

الفصل الرّابع والخمسون

Sectio quinquagesima quarta.

فلمّا جاء الي الجمع جاء اليه انسان ساجدًا له قايلًا يا ربّ
Et cùm uenisset ad turbam, uenit ad eum homo adorans eum, dicens, Domine



ارحم ابني فانه يعذّب جدًا في رووس الأهلّة ومرّات
miserere filio meo, quia ipse uexatur ualdè in principijs lunationum: & sæ-
كثيرة يقع في النار ومرّات كثيرة في الماء وقدمته
pe cadit in ignem, & crebrò in aquam. Et obtuli eum
الي تلاميذك ولم يقدروا ان يبروه حينيذ اجاب
discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Tunc respondit
يسوع وقال ايها الجيل الاعوج غير المومن الي متي اكون
Iesus, & dixit, O generatio peruersa infidelis, quousque ero

معكم وحتي متي احتملكم قدموه اليّ هاهنا وانتهره يسوع
uobiſcum? & uſquequo patiar uos? afferte eum ad me huc, Et increpauit illum Ieſus,
فخرج منه الشيطان وبرا الفتي من تلك الساعة ۞
& eiecit ab eo dæmonium, & ſanatus eſt puer ex illa hora.
حينيذ اتي التلاميذ الي يسوع منفردين وقالوا له لماذا
Tunc uenerunt diſcipuli ad Ieſum ſeorſum, & dixerunt ei, Quare
لم نقدر نحن ان نخرجه فقال لهم من اجل قلة ايمانكم
non potuimus nos eijcere illum? Et dixit eis, Propter paruitatem fidei ueſtræ.
الحق اقول لكم انه لو كان لكم ايمان مثل حبة خردل
Amen dico uobis, quia ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis,
لقلتم لهذا الجبل انتقل من هاهنا الي هناك فينتقل
diceretis profectò huic monti, Tranſi hinc illuc: & tranſibit,
ولا يعسر عليكم شيء وهذا الجنس لا يخرج الا بالصوم
& non erit uobis difficile quippiam. Et hoc genus non eijcitur niſi per ieiunium
والصلاة ۞
& orationem.

الفصل الخامس والخمسون

Sectio quinquageſima quinta.

فلما رجعوا الي الجليل قال لهم يسوع ان ابن الانسان
Et cùm redijſſent in Galilæam, dixit eis Ieſus, Quia filius hominis
يسلم في ايدي الناس ويقتلونه وبعد ثلثة ايام يقوم
tradetur in manus hominum, & occident eum, & poſt tres dies reſurget.
فحزنوا جدا ۞ وجاء الي كفرناحوم فجاء الجباة الي
Et contriſtati ſunt ualdè. Et uenit in Capharnaum, & uenerunt uectigales ad
بطرس فقالوا له معلمكم ما يودي المغرم فقال نعم وجاء
Petrum, & dixerunt ei. Magiſter ueſter non ſoluit debitum? Et dixit Etiam, Et uenit
الي البيت فبداه يسوع وقال ما تظنّ يا سمعان ملوك
domum Et præuenit eum Ieſus, & dixit. Quid tibi uidetur Simon? Reges
الارض ممن ياخذون الخراج والجزية امن البنين او من
terræ à quibus accipiunt tributum & cenſum? à filijs, an ab
الغربا

الغربا فقال له بطرس من الغربا فقال له يسوع ان البنين
alienis? Et dixit ei Petrus Ab alienis, Et dixit ei Iesus, Quia filij sunt
احرار لكن ليلاّ نشكّكهم امض في البحر و الق
liberi. Sed ne scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte
الصنارة فاول حوت ترفعه افتح فاه تجد فيه اصطاتيرا
hamum: & primi piscis quem eleuabis, aperi os, inuenies in eo staterem:
خذها واعطهم عني و عنك ۞
accipe eum, & da illis pro me & pro te.

الفصل السادس والخمسون

Sectio quinquagesima sexta.

وفي تلك السّاعة جاء التلاميذ الي يسوع وقالوا له من
Et in illa hora uenerunt discipuli ad Iesum, et dixerunt ei, Quis



هو العظيم في ملكوت السموات فدعا طفلاً واقامه في
est maior in regno cœlorum? Et uocauit paruulum, & statuit eum in
وسطهم وقال الحقّ اقول لكم ان لم ترجعوا وتصيرون مثل
medio eorum, & dixit. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut

الصبيان لا تدخلون ملكوت السموات ومن اتضع مثل
paruuli non intrabitis regnum cœlorum. Et quicumque se humiliabitur sicut
هذا الصبي فهذا هو العظيم في ملكوت السموات ومن قبل
iste paruulus. hic est maior in regno cœlorum. Et quicumque receperit
صبيًا مثل هذا باسمي فقد قبلني ✿ ومن شكك احد
paruulũ sicut istum, ĩ nomine meo, eqdẽ me recipit. Et qcũque scandalizauerit unum
هولآء الصغار المومنين بي فخير له ان يعلّق في عنقه حجر
istorum paruulorum credẽtium in me, melius erit ei ut suspendatur in collo eius lapis
الرحي ويغرق في البحر ✿ الويل للعالم من اجل الشكوك
molaris, & submergatur in mare. Vę mundo per scandala,
لابد ان تكون الشكوك الويل للانسان الذي ياتي منه
Necesse est ut sint scandala: Vę homini à quo ueniunt
الشكوك ان شككتك يدك اورجلك فاقطعهما
scandala. Si scandalizauerit te manus tua, uel pes tuus: abscinde ambo
والقهما عنك فخير لك ان تدخل الحياة وانت اعرج
& proijce ambo abs te melius enim est tibi ut intres uitam & tu claudus
واعسم من ان تكون لك يدان اورجلان وتلقي في نار
& aridus, quàm ut sint tibi duæ manus aut duo pedes, & proijciaris in ignem
الابد وان شككتك عينك فاقلعها عنك فخير
æternum. Et si scandalizauerit te oculus tuus, erue eum abs te: melius enim
لك ان تدخل الحياة بعين واحدة من ان يكون لك
est tibi ut intres uitam cum oculo uno quàm ut sint tibi
عينان وتلقي في جهنم ✿
oculi duo & proijciaris in gehennam.

الفصل السّابع والخمسون

Sectio quinquagesima septima.

انظروا لا تحقروا احد هولآء الصغار واقول لكم ان ملايكتهم
Videte ne cõtemnatis unum istorum paruulorum: dico enim uobis, quia angeli eorum
في السموات كلّ حين ينظرون وجه ابي الذي في
in cœlis semper uident faciem patris mei qui in
السموات

السموات لم يات ابن الانســان الّا ليطلب ويخلّص من
cœlis eſt. Non uenit filius hominis niſi ut quęreret & saluum faceret quod
كان ضالًا ✲ ماذا تظنون ان كان لانسان ماية خروف
perditum erat. Quid uobis uidetur? Si fuerint homini alicui centum oues,
ضلّ منهــا واحد اليس يترك التسعــة والتسعين ـــفي
quarum una errauerit: nonne relinquet nonaginta nouem in
الجبل ويمضي يطلب الضال فيكون اذا وجده الحق
monte, & ibit quęrere errantem? Et ſi contigerit ut inueniat eam: Amen
اقول لكم انه يفرح به اكثر من التسعــه والتسعين التي
dico uobis quia gaudebit ſuper eam magis, quàm ſuper nonaginta nouem, quæ
لم تضل هكذا ليس مشيـة ابي الذي ـــفي السموات
non errauerunt. Sic non eſt uoluntas patris mei qui in cœlis eſt,
ان يهلك واحد من هولآء الصغار ✲ ان اخطــا عليك
ut pereat unus ex iſtis paruulis. Si peccauerit in te
اخوك فاذهب واعتبــه وحدكما فان سمع منك فقد
frater tuus, uade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum: & ſi audierit te
ربحت اخاك ✲ وان لم يسمع منك فخذ معك واحدًا
lucratus eris fratrem tuum. & ſi non audierit te: ſume tecum unum
او اثنين لان من فم شاهدين او ثلثــة تقوم كلّ كلمة
aut duos, quoniam ex ore duorum teſtium aut trium ſtabit omne uerbum.
وان لم يسمع منهم فقل للبيعة وان لم يسمع من البيعة
Et ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ: & ſi non audierit Ecclæſiam
فيكون عندك كوثني وعشّــار ✲ الحق اقول لكم ان
ſit apud te ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quia
كلّما ربطتموه علي الارض يكون مربوطــًا ـــفي السموات و
quodcumque ligaueritis ſuper terram, erit ligatum in cœlis: &
ماحللتموه علي الارض يكون محلولًا في السماء ✲ الحق
quodcumque ſolueritis ſuper terram erit ſolutum in cœlis. Amen
اقول لكم ايضًا اذا اتفق اثنان منكم علي الارض ـــفي كلّ
dico uobis etiam, ſi conſenſerint duo ex uobis ſuper terram, de omni

شي يطلبانه يكون لهما من قبل ابي الذي في السموات
re, quam petierint, fiet eis à patre meo qui in cœlis eſt.
وحيث ما اجتمع اثنان او ثلثة باسمي فانا اكون هناك
Et ubi congregati ſunt duo aut tres in nomine meo, & ego ſum ibi
في وسطهم ۞
in medio eorum.

الفصل الثامن والخمسون

Sectio quinquageſima octaua.

حينيذ جاء اليه بطرس وقال له يارب اذا اخطي الي اخي
Tunc uenit ad eum Petrus, & dixit ei. Domine ſi peccauerit in me frater meus,
الي كم اغفر له الي سبع مرّات فقال له يسوع ليس اقول
quoties dimittam ei? uſque ſepties? Dixit autem ei Ieſus, Non dico
لك الي سبع مرّات بل الي سبعين مرّة سبع مرّات ۞
tibi ſepties: ſed uſque ſeptuagies ſepties.
ولهذا تشبه ملكوت السموات انسانا ملكا اراد ان
Ideo aſſimilatur regnum cœlorum homini regi, qui uoluit
يحاسب عبيده فلمّا بدا بمحاسبتهم قدّم اليه واحد
rationem ponere ſeruis ſuis. Et cùm cœpiſſet rationem eorum, oblatus eſt ei unus
عليه جملة وزنات ولم يكن له ما يوفي فامر سيّده ان
qui debebat ſũmã talentorum. Et non habuit quod redderet, & iuſſit dominus eius ut
يباع وامرآته وبنوه وكلّما له حتي يوفي فخر ذلك العبد
uẽderet & uxorẽ ſuã, & filios ſuos, & quodcũque erat ei, ut redderet, Et procidit ille
له ساجدا قايلا يارب تمهل علي لا وفيك كلّما لك
ſeruus ãte eũ, adorãs, dicẽs Dñe patientiã habe ĩ me ut reddã tibi quodcũque tuũ eſt.
فتحنن سيّد ذلك العبد عليه وترك له كلّما عليه
Et miſertus eſt dominus illius ſerui ſuper eum, & dimiſit ei quodcumque debebat.
فخرج ذلك العبد فوجد عبدا واحدا من اصدقايه العبيد
Egreſſus autem eſt ille ſeruus, & inuenit ſeruum unum ex conſeruis ſuis
له عليه ماية دينار فامسكه وحنقه وقال اعطني ما
qui ei debebat cẽtum denarios: & tenuit eũ, & ſuffocauit eum & dixit. Da mihi quod
عليك

عليك فحزن ذلك العبد علي رجليه وطلب اليه قايلا
debes. Et procidit ille seruus ad pedes eius, & rogauit eum, dicens,
تمهّل عليّ وانا اعطيك مالك فابي ومضي وتركه في
Patientiã habe in me, & ego dabo tibi quod tuũ est: Et renuit: & abijt & reliquit eũ in
السّجن حتي يوفي جميع ما له فراي اصحابه العبيد ما
carcere donec redderet omne quod erat ei. Viderunt autem conserui eius quod
كان فحزنوا جدّا واعلموا سيّدهم بكلما كان حينيذ دعاه
factũ est, & cõtristati sũt ualdè: & nũciauerũt dño suo ꝓcũque factũ est. Tũc uocauit il
سيده وقال له ايّها العبد الشرير كلّما كان عليك
lum dominus suus, & dixit ei, O serue nequam, quodcumque debebas
تركته لك لانك سالتني اما كان ينبغي ان ترحم ذلك
dimisi tibi, quoniam tu rogasti me, nonne oportebat te misereri illius
العبد صاحبك كرحمتي اياك وغضب سيّده ودفعه
serui socij tui, secũdũ misericordiã meã erga te? Et iratus est dominus eius & dedit illũ
الي المعذبين حتي يوفي جميع ما عليه هكذا ابي السماي
tortoribus, quoadusque redderet omne quod debebat. Sic pater meus cœlestis
يصنع بكم ان لم تغفروا لاخوتكم من كلّ قلوبكم ۞
faciet uobis, si non remiseritis fratribus uestris de cordibus uestris.

الفصل التاسع والخمسون

Sectio quinquagesima nona.

ولمّا اكمل يسوع هذا الكلام انتقل من الجليل وجاء الي
Et cùm consumasset Iesus hęc uerba, migrauit à Galilęa & uenit ad
تخوم اليهودية وعبر الاردن فتبعه جمع كبير فابراهم
fines Iudęæ, & trans Iordanem. Et secuta est eum turba magna: & sanauit eos
هناك ۞ فجاء اليه الفريسيون ليجربوه قايلين هل
ibi. Et uenerunt ad eum Pharisæi ut tentarent eum, dicentes an
يحل للانسان ان يطلّق امراته لاجل كلّ علّة اجاب
liceat homini dimittere uxorem suam propter quamcumque causam? Respondit,
وقال لهم اما قراتم ان الذي خلق في البدء خلقهما
& dixit eis. Nonne legistis, quia in principio, creauit eos duos

ذكرا و انثي وقال من اجل ذلك يترك الانسان اباه
masculum & fęminam? Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem suum
وامّه ويلصق بامرآته ويكون كلاهما جسدًا واحدًا
& matrem suam, & adhęrebit uxori suæ: & erunt ambo caro una,
وليس هما اثنين لكن جسدًا واحدًا وما جمعه اللّه لا يفرقه
& non ipsi duo, sed una caro. Et quod coniunxit Deus ne separet illud
الانسان قالوا له لماذا اوصي موسي ان تعطي كتاب طلاق
homo? Dixerunt ei. Quare præcepit Moyses dari libellum repudij
ويخلّي قال لهم ان موسي من اجل قسوة قلوبكم اذن لكم
& dimitti? Ait illis, Quia Moyses propter duritiem cordum uestrorum permisit uobis
ان تطلقوا نساكم ومن البدء لم يكن هكذا ❋ واقول لكم ان
dimittere uxorem: & ab initio non fuit sic. Dico autem uobis,
من طلّق امرأته الّا من اجل زناء ونكح اخري قد زني
q̧cumque dimiserit uxorē suam nisi ob fornicationem, & duxerit aliã, iã męchatus est:
ومن تزوج مطلّقة فقد زني ❋ قال له تلاميذه ان كانت
& quicumque duxerit dimissam, męchatus est. Dixerunt ei discipuli eius, si esset
هكذا علة الرجل مع امرآته فخير له الّا يتزوّج فقال لهم
ita causa uiri cum uxore sua, bonum esset ei si non nuberet. Et dixit eis
ما كلّ احد يقبل هذا الكلام الّا الذين قد اعطيوا الأنّ
Non quilibet suscipit hæc uerba, nisi qui donati sunt. Quoniam sunt
خصيانا ولدوا من بطون امهاتهم وخصيانا خصاهم
eunuchi qui nati sunt ex uteris matrum suarum: & sunt eunuchi quos castrauerunt
الناس وخصيانا خصوا نفوسهم من اجل ملكوت
homines: & sunt eunuchi qui castrauerunt se ipsos propter regnum
السموات ومن استطاع ان يحمل فليحمل ❋
cœlorum, Et qui potest portare portet.

الفصل الستون

Sectio sexagesima.

حينئذ قدّم اليه صبيان ليضع يده عليهم ويصلي
Tunc oblati fuerunt ei paruuli ut imponeret manum suam super eos, & oraret

عليهم فنهرهم التلاميذ فقال لهم دعوا الصبيان ولا

super eos, & increpauerunt eos discipuli, Dixit autem eis. Sinite paruulos, & ne

تمنعوهم ان ياتوا اليّ لان ملكوت السموات لمثل هولاء

prohibeatis eos uenire ad me: quoniam regnum cœlorum talium est.

ووضع يده عليهم ومضي من هناك ✲

Et imposuit manum suam super eos, & abijt inde.



الفصل الحادي والستون

Sectio sexagesima prima.

وجاء اليه واحد وقال له يامعلمًا صالحًا ماذا اعمل من

Et uenit ad eum unus, & dixit illi, Magister bone, quid faciam

الصلاح لارث الحياة الدايمة قال له لماذا تقول صالحا

boni ut hęres fiam uitæ æternæ? Dixit ei Propter quid dicis bonum?

وليس صالحًا الا الله الواحد ان كنت تريد ان تدخل

Nemo enim bonus nisi Deus unus, Si uolueris ingredi

الحياة احفظ الوصايا قال له ماهي قال له يسوع لاتقتل

ad uitam, serua mandata. Dixit ei quæ sunt? Dixit ei Iesus. Non occides,

لاتزن لاتسرق لاتشهد بالزور اكرم اباك وامك
Nō mœchaberis, Nō furaberis, Nō testificaberis falsū, Honora patrē tuū & matrē tuā,
احبب قريبك مثلك قال له الشاب كل هذا قد
Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Dixit ei iuuenis, omnia hæc iam
حفظته من صغري فماذا ينقصني ۞ قال له يسوع ان
seruaui à pueritia mea: Quid ergo deest mihi. Dixit illi Iesus. Si
كنت تريد ان تكون كاملاً فاذهب وبع كلّ شي لك
uolueris esse perfectus, uade & uende quodcumque habes,
واعطه للمساكين ليكون لك كنز في السماء وتعال
& da illud pauperibus, ut sit tibi thesaurus in cœlo: & ueni
اتبعني ۞ فلمّا سمع الشاب الكلام مضي حزيناً لان مالاً
sequere me. Cùm autem audisset iuuenis uerba abijt tristis: quoniam bona
كثيراً كان له فقال يسوع لتلاميذه الحق اقول لكم انّه
multa erant ei. Dixit autem Iesus discipulis suis, Amen dico uobis, quia
يعسر علي الغني الدخول في ملكوت السموات وايضاً
difficile est diuitem ingredi in regnum cœlorum. Et etiam
اقول لكم ان دخول الجمل في خرم الابرة اسهل من غني
dico uobis, quia ingressio cameli in foramen acus facilior est, quàm diuitem
يدخل ملكوت الله فلمّا سمع التلاميذ بهتوا جدًا
intrare in regnum Dei. Cùm autem audissent discipuli, obstupuerunt ualdè,
وقالوا من يقدر ان يخلص فنظر يسوع و قال لهم امّا عند
& dixerunt, Quis nam poterit saluus fieri? Aspexit autem Iesus, & dixit eis, Apud
الناس فما يستطاع هذا وامّا عند الله فكلّ مستطاع
homines quidem non est possibile hoc: sed apud Deum omnia sunt possibilia.
حينيذ اجاب بطرس وقال له هوذا نحن قد تركنا
Tunc respondit Petrus & dixit ei, Ecce nos reliquimus
كلّ شي وتبعناك فماذا عسي ان يكون لنا ۞ قال لهم
omnia, & secuti sumus te, quid ergo prope est ut sit nobis? Dixit eis
يسوع الحق اقول لكم انتم الذين تبعتموني في الجيل
Iesus, Amen dico uobis, uos qui secuti estis me, in generatione
الاتي

الأتي اذا جلس ابن الانسان على كرسي مجده ۞
uentura cùm ſederit filius hominis in ſede gloriæ ſuæ,
تجلسون انتم على اثني عشر كرسيا وتدينون اثني
ſedebitis uos ſuper duodecim ſedes, & iudicabitis duo-
عشر سبط اسرايل ۞ وكلّ من ترك بيتًا او اخًا او اخوات
decim tribus Iſrael, Et omnis qui reliquerit domum, aut fratrem, aut ſorores
او ابًا او امًا او امراة او ابنًا او حقولًا من اجل اسمي ياخذ
aut patrē, aut matrē, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, accipiet
مائة ضعف ويرث حياة الابد ۞ كثيرون اولون
centuplum, & hæres fiet uitæ æternæ. Multi primi,
يصيرون اخرين واخرون اولين ۞
fient nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

الفصل الثاني والستون

Sectio ſexageſima ſecunda.

تشبه ملكوت السموات انسانًا ربّ بيت خرج بالغداة
Aſſimilatur regnum cœlorum homini patri familias, qui exijt primo mane
يستاجر فعلة لكرمه فشارط الاكرة علي دينار كلّ
mercede cōducere oparios ī uineā ſuā. Et cōuenit cū agricolis ut denariū haberet unus
واحد في اليوم وارسلهم الى كرمه ثم خرج في ثالث
quiſque in die, & miſit eos in uineam ſuam. deinde exijt tertia
ساعة ابصر اُخر في السوق قيامًا بطالين قال لهم
hora, uidit alios in foro ſtantes otioſos, dixit eis
امضوا انتم الي كرمي وانا اعطيكم ما تستحقون فمضوا
Ite uos in uineam meam: & ego dabo uobis quod uobis conuenit, Et abierunt.
وخرج ايضًا في الساعة السادسة والتاسعة فصنع
Et exijt etiam hora ſexta, & nona: & fecit
كذلك وخرج في الحادية عشر ساعة فوجد اُخر
ſimiliter. Et exijt undecima hora, & inuenit alios
قيامًا فقال لهم ما بالكم قيامًا في هذا الموضع كلّ النهار
ſtantes, & dixit eis. Quid prodeſt uobis ſtare in hoc loco tota die

بطالين فقالوا له لم يستاجرنا احد قال لهم امضوا انتم الي
otiosi? Dixerunt autem ei. Non conduxit mercede nos aliquis, Dixit illis, Ite uos in
الكرم وانا اعطيكم ما تستحقونه فلما كان المسآء قال رب
uineam, & ego dabo uobis ꝙ uobis conuenit. Cùm autē factum esset serò, dixit Dñus
الكرم لوكيله ادع الفعلة واعطهم الاجرة وابدا بهم من
uineæ procuratori suo, Voca operarios, & da eis mercedem, & incipe à
الاخرين الي الاولين فجآء اصحاب الحادي عشر
nouissimis usque ad primos. Et accesserunt qui uenerant undecima
ساعة اخذوا دينارًا كلّ واحد فجآء الاولون وظنّوا انهم
hora acceperunt denarium singuli. Venerunt autem primi, & arbitrati sunt quòd ipsi
ياخذون اكثر فاخذوا دينارًا كلّ واحد فلمّا اخذوا
acciperent plus: & acceperunt denarium singuli. Et cùm accepissent
تقمقموا علي ربّ البيت وقالوا ان هولآء الاخرين عملوا
murmurauerunt aduersus patrem familias, & dixerunt. Isti nouissimi operati sunt
ساعة واحدة جعلتهم اسوتنا ونحن حملنا ثقل النهار
hora una, fecisti eos pares nobis, & nos portauimus pondus diei
وحرّه فقال لواحد منهم ياصاحب ما ظلمتك اليس
& ęstus, Dixit autem uni ex illis. Amice non iniquè tecum egi: non ne
بدينار شارطتك خذ شيك وامض اريد ان اعطي
ex denario pacto conueni tecum? Accipe quod tuum est, & uade: Volo dare
هذا الاخر مثلك اومالي ان افعل ما اردت بمالي وانت
huic nouissimo sicut & tibi, Forsan nō est mihi ut faciam ꝙ uolo de bonis meis, & tu,
عينك شريرة وانا صالح كذلك يكون الاخرون
oculus tuus nequam est quia ego bonus? Sic erunt nouissimi
اولين والاولون اخرين ما اكثر المدعوين واقل
primi: & primi nouissimi. Quàm multi sunt uocati: & pauci
المنتخبين ☆
electi.

الفصل الثالث والستون
Sectio sexagesima tertia.

وصعد يسوع الي يروشليم واخذ الأثني عشر تلميذاً في
Et ascendit Iesus Ierosolymam, & assumpsit duodecim discipulos
خلوة وقال لهم في الطريق هاهوذا نحن صاعدون
secretò, & dixit eis in uia. Ecce nos ascendimus
الي يروشليم وابن الانسان يسلم الي رؤسآء الكهنة
Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum
والكتبة ويحكمون عليه بالموت ويسلمونه الي الامم ويهزون
& scribarum, & adiudicabunt illum morti, & tradent illum gentibus, & illudent
به ويجلدونه ويصلبونه ويقوم في اليوم الثالث ❁
ei, & flagellabunt eum, & crucifigent eum, & resurget in die tertia.

الفصل الرابع والستون
Sectio sexagesima quarta.

حينيذ جاءت اليه ام ابني زبدي مع ابنيها وسجدت
Tunc uenit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, & adorauit



له وسالته شيا فقال لها ماذا تريدين قالت له تقول
eum & petijt ab eo aliquid. Et dixit ei Quid uis? Dixit ei Dic

قولاًان يجلس ابناي الاثنان احدهما عن يمينك
uerbum ut ſedeant filij mei duo, unus eorum ad dexteram tuam,
والاخر عن يسارك في ملكوتك اجاب يسوع وقال
& alter ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondit Ieſus, & dixit,
ما تدرون ما تطلبون اتقدرا ان تشربا الكاس التي
Quid uultis, quid petitis, poteſtis bibere calicem quem
انا مزمع ان اشربها والصبغة التي اصطبغها تصطبغانها
ego futurus ſum ut bibam, & tinctura, qua tingar tingemini?
فقالا له نستطيع فقال لهما يسوع امّا كاسي فتشربان
Dixerunt autem ei, Poſſumus, Et dixit illis Ieſus, calicem quidem meum bibetis,
وصبغتي تصطبغان وامّا جلوسكما عن يميني ويساري
& tinctura mea tingemini: ſedere autem uřm ad dexteram meam & ſinixtram meam,
فليس ذلك لي بل للذي اعدّ لهم ابي السمائي فلمّا سمع
non eſt meum hoc: ſed qui preparauit eis patris mei cœleſtis. Et cùm audiſſent
العشرة تقمقموا علي الاخرين فدعاهم يسوع وقال اما علمتم
decem murmurauerunt cõtra duos fratres. Et uocauit eos Ieſus: & dixit, Nonne ſcitis
ان روسآ الامم يسودونهم وعظماهم مسلطون عليهم
quia principes gentium dominantur eos, & maiores eorum poteſtatem exercẽt in eos?
وليس هكذا يكون فيكم لكن من اراد ان يكون
Et non ita erit inter uos: ſed quicumque uoluerit eſſe
فيكم كبيرًا فليكن لكم خادمًا ومن اراد ان يكون فيكم
inter uos maior, ſit uobis miniſter. Et quicumque uoluerit eſſe inter uos
اولاً فليكن لكم عبدًا ✻ كذلك ابن الانسان لم يات
primus, ſit uobis ſeruus. Sic filius hominis non uenit
ليُخدَم بل ليَخدم وليعطي نفسه خلاصًا لكثير ✻
miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redẽptionem pro multis.

الفصل الخامس والستّون

Sectio ſexageſima quinta.

فلمّا خرج من اريحا تبعه جمع كبير واذا اعميان
Et cùm exiſſet ab Iericho, ſecuta eſt eum turba magna: & ecce duo cæci
جالسان

جالسان على الطريق فسمعا ان يسوع مجتاز فصرخا
ſedentes ſecus uiam, audierunt quia Ieſus tranſiret: & clamauerunt,
قايلين ارحمنا يا ربّ ابن داود فنهرهما الجمع ليسكتا
dicentes, Miſerere noſtri Domine fili Dauid, Increpauit autem eos turba ut tacerent,
فازدادا صياحًا قايلين ارحمنا يا ربّ يا ابن داود
Et magis clamauerunt dicentes, Miſerere noſtri Domine, fili Dauid.
فوقف يسوع ودعاهما وقال لهما ما تريدان ان افعل بكما
Et ſtetit Ieſus, & uocauit eos, & dixit eis. Quid uultis ut faciam uobis?



قالا له يا ربّ ان تفتح اعيننا فتحنن يسوع ولمس اعينهما
Dixerunt ei, Dñe ut aperias oculos nr̃os, Et miſertus eſt Ieſus, & tetigit oculos eorũ,
وللوقت ابصرا وانفتحت اعينهما وتبعاه ✿
Et confeſtim uiderunt, & aperti ſunt oculi eorum, & ſecuti ſunt eum.

الفصل السّادس والسّتون

Sectio ſexageſima ſexta.

ولمّا قربوا من يروشليم وجاوا الي بيت فاجي قريب جبل
Et cùm appropinquaſſent Ieroſolymis, & ueniſſent in Beth phage prope montem

الزيتون حينيذ ارسل يسوع اثنين من تلاميذه وقال
Olíueti tunc misit Iesus duos ex discipulis eius, & dixit
لهما ان هبا الي القريه التي امامكما فتجدان اتانًا مربوطة
eis, Ite in castellum quod contra uos est, & inuenietis asinam alligatam
وجحشًا معها فحلّاهما واتياني بهما فان قال لكما احد شيًا
& pullum cum ea; soluite eos & ducite mihi eos: & si quis dixerit uobis aliquid,
فقولا ان الربّ محتاج اليهما فهو يرسلهما للوقت ✿ كان
dicite quia Dominus opus habet his: & ipse mittet eos confestim. Factum est
هذا ليتم ما قيل في النبي القايل قولوا لابنة صهيون
hoc ut adimpleretur quod dictum est in Propheta dicente Dicite filiæ Sion
ها هوذا ملكك ياتيك متواضعًا راكبًا على اتان
Ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam



وجحش ابن اتان ✿ فذهب التلميذان وصنعا كما امرهما
& pullum filium asinæ. Et abierunt discipuli duo, & fecerunt sicut præcepit illis
يسوع واتيا بالاتان والجحش وتركا ثيابهما عليهما وجلس
Iesus, & adduxerunt asinam & pullum, & posuerunt uestimenta sua super eos & sedit
فوقهما

فوقهما و جمع كبير فرشوا ثيابهم في الطريق واخرون
super eos, Et turba magna ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia, & alij
قطعوا اعصانا من الشجر وفرشوها في الطريق ۞ والجمع
cæderunt ramos de arboribus, & ſtrauerunt eos in uia, & turba
الذي تقدّمه والذي يتبعه صرخوا قايلين اوصنّا لابن
quæ pręcedebat eum, & quæ ſequebatur eum, clamabant dicentes, Hoſā-na filio
داود مبارك الاتي باسم الربّ اوسنا في العلاء ۞ فلمّا
Dauid. benedictus qui uenit in nomine Domini Hoſan-na in excelſis. Et cùm
دخل الي يروشليم ارتجّت المدينة كلّها قايلين من
intraſſet Ieroſolymam, commota eſt ciuitas uniuerſa, dicentes, Quis
هو هذا فقال الجموع هذا هو يسوع النبي الذي من ناصرة
eſt hic? Dixerunt autem turbæ, Hic eſt Ieſus propheta, qui eſt à Nazareth



الجليل ۞ فدخل يسوع الي هيكل الله واخرج جميع
Galilæę. Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiecit omnes
الذين يبيعون ويشترون في الهيكل وقلب موايد
qui uendebant & emebant in templo, & euertit menſas

الصيارف وكراسي باعة الحمام وقال لهم مكتوب ان بيتي
numulariorũ, & cathedras uẽdẽtiũ colũbas; & dixit eis. Scriptũ est, Quia domus mea
بيت الصلاة يدعي وانتم جعلتموه مغارةً للصوص ۞ وقدّم
domus orationis uocabitur: uos autẽ posuistis eã speluncam latronibus. Et oblati sunt
اليه عميان وعرج في الهيكل فشفاهم ۞ فرآي روسا
ad eum cœci, & claudi in templo: & curauit eos. Viderunt autem principes
الكهنة والكتبة العجايب التي صنع والصبيان يصيحون
sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & paruulos qui clamabant
في الهيكل ويقولون اوصنّا لابن داود فتمهموا وقالوا
in templo, & dicebant Hosan-na filio Dauid: & murmurauerunt & dixerunt
له اما تسمع ما يقوله هولآء فقال لهم نعم اما قراتم قط ان
ei, Numquid audis quid dicunt isti? Dixit autem eis, Vtique, Legistis numquã, quia
من افواة الأطفال والرضعان اعددت سبحًا ۞ وتركهم
ex ore infantium & lactentium parasti laudem? Et reliquit eos,
وخرج خارج المدينة وبات هناك في بيت عنيا ۞
& exijt extra ciuitatem, & pernoctauit ibi in Bethania.

الفصل السّابع والستون

Sectio sexagesima septima.

وفي غد رجع الي المدينة فجاع ونظر شجرة تين علي
Et mane redijt in ciuitatem, & esurijt. Et uidit arborem fici secus
الطريق فجآ اليها فلم يجد فيها شيأ الاّ ورقاً فقط فقال
uiam & uenit ad eam: & non inuenit in ea quicquam, nisi folium tantum, & ait
لها لا تخرج منك ثمرة الي الابد فيبست تلك الشجرة
illi, Non producatur ex te fructus in æternum. Et exiccata est illa arbor
للوقت فنظر التلاميذ وتعجبوا وقالوا كيف يبست
continuò. Et uiderunt discipuli, & mirati sunt, & dixerunt, Quomodo exiccata est
التينة للوقت ۞ اجاب يسوع وقال لهم الحق اقول لكم
ficus continuò. Respondit Iesus, & dixit eis, Amen dico uobis,
ان كان لكم ايمان ولا تشكون ليس مثل هذه الشجرة
si habueritis fidem, & non hesitaueritis, non simile huic arbori
التين

التين تصنعون فقط لكن تقولون لهذا الجبل تعال

fici facietis tantum, ſed dicetis huic monti, Veni,

واسقط في البحر فيكون وكلما تسالونه في الصلاة

& iacta te in mare; & fiet. Et quodcumque petieritis in oratione



بايمان تنالونه ۞

cum fide, accipietis.

1 الفصل الثامن والستون

Sectio ſexageſima octaua.

ولما دخل الى الهيكل فجآء اليه روسآ الكهنة وشيوخ

Et cùm introiſſet in templum, uenerunt ad eum principes ſacerdotum & ſeniores

الشعب وقالوا له وهو يعلم باي سلطان تفعل هذا ومن

populi, & dixerunt ei, eo docente, In qua poteſtate facis hoc, Et quis

اعطاك هذا السلطان اجاب يسوع وقال لهم وانا اسالكم

dedit tibi hanc poteſtatem? Reſpondit Ieſus & dixit eis, Et ego interrogabo uos

عن كلام فان انتم قلتم لي قلت لكم باي سلطان افعل

de ſermone uno, & ſi uos dixeritis mihi, dicam uobis in qua poteſtate facio

هذا معمودية يوحنّا من اين هي من السمآء او من الناس
hoc. Baptiſmus Iohannis unde eſt: è cœlo an ex hominibus?
ففكروا في نفوسهم قايلين ان قلنا من السمآء قال لنا لم
Cogitauerunt autem inter ſe dicentes, Si dixerimus, E cœlo, dicet nobis, Quare
لم تومنوا به وان قلنا من الناس نخاف من الجمع لأن
non creditis illi? Et ſi dixerimus, ex hominibus: timemus turbam, quoniam
يوحنّا كان عندهم مثل نبي فاجابوا يسوع وقالوا لا نعلم
Iohannes erat apud eos ueluti propheta, Et reſponderunt Ieſu, & dixerunt. Neſcimus.
فقال لهم ولا انا ايضا اعلمكم بايّ سلطان افعل هذا ۞
Dixit autem eis, Neque ego etiam docebo uos in qua poteſtate facio hoc.

الفصل التاسع والستون
Sectio ſexageſima nona.

ماذا تظنون كان لانسان ابنان فجآء الي الاول وقال له
Quid uobis uidetur? Erant homini cuidam filij duo; & uenit ad primum, & dixit ei,
يابني اذهب اليوم واعمل في الكرم فاجاب وقال ما اريد
Fili mi, uade hodie & operare in uinea, & reſpondit, & dixit, Nolo.
وبعد ذلك ندم ومضي وجآء الي الثاني وقال له مثل
Et poſtea pœnitentia motus eſt, & iuit. Et uenit ad ſecundum, & dixit ei ſimiliter.
هذا فاجاب وقال انا امضي يا ربّ ولم يمض فمن منهما
Et reſpondit, & dixit. Ego uado domine, & non iuit. Quis autem ex duobus
فعل ارادة الاب فقالوا له الاول فقال لهم يسوع الحق
fecit uoluntatem patris? Et dixerunt ei, Primus. Et dixit eis Ieſus, Amen
اقول لكم ان العشارين والزناة يسبقونكم الي ملكوت
dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in regnum
الله جآءكم يوحنّا بطريق العدل ولم تومنوا به والعشارون
Dei. Venit ad uos Iohannes in uia iuſtitiæ: & non crediditis ei: publicani autem
والزناة امنوا به فامّا انتم فرايتم ذلك ولم تندموا اخيرًا
& meretrices crediderunt ei: Vos autem uidiſtis hoc, & nō pænitentiā habuiſtis poſtea
لتومنوا به ۞
ut crederetis ei.

الفصل السبعون

Sectio septuagesima.

اسمعوا مثلًا اخر انسان ربّ بيت غرس كرمًا واحاط
Audite parabolam aliam: Homo quidam pater familias plantauit uineã, & circũdedit
به سياجًا وحفر فيه معصرة وبني فيه برجًا ودفعه الي
eam sepe, & fodit in ea torcular, & ædificauit in ea turrim, & tradidit eam
فعلة وسافر فلمّا قرب زمن الثمار ارسل عبيده الي
operarijs: & peregrè profectus est. Cũ autẽ appropĩquasset tẽpus fructuũ misit seruos
الفعلة لياخذوا ثمرته فاخذوا عبيده فضربوا بعضًا
suos ad oparios, ut acciperẽt fructũ eius. Et apprehẽderũt seruos eius & pcusserũt quos
وقتلوا بعضًا ورجموا بعضًا وارسل ايضًا عبيدًا اخرين
dam, & occiderunt quosdam, & lapidauerunt quosdam. Et misit rursus seruos alios
اكثر من الاولين فصنعوا بهم كذلك وفي الأخر ارسل
plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit
اليهم ابنه وقال لعلّهم سيستحون من ابني فلمّا رأي
ad eos filium suum, & dixit, Forsitan ipsi uerebuntur filiũ meum. Cùm autẽ uidissent
الفعلة الابن قالوا في نفسهم هذا هو الوارث تعالوا
operarij filium, dixerunt intra se, Hic est hæres, uenite,
نقتله وناخذ ميراثه فاخذوه واخرجوه خارج الكرم
occidamus eũ, & accipiamus hereditatẽ eius, Et apprehẽderũt eũ, & eduxerũt eũ extra
وقتلوه فاذا جاء ربّ الكرم ماذا يفعل باوليك الفعلة
uineã & occiderunt eũ. Cùm ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet illis operarijs?
قالوا له الأردي بالردي يهلكهم ويدفع الكرم الي فعلة
Dixerunt ei, malos malè perdet eos: & tradet uineam operarijs
اخرين ليعطوه ثمرته في حينها قال لهم يسوع اما قراتم
aliis, ut dent ei fructum suum in tempore suo. Dixit eis Iesus, Nunquam legistis
قط في الكتب ان الحجر الذي رذله البناوون هذا صار
in scripturis Quòd lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est
راس الزاوية هذا كان من قبل الربّ وهو عجيب في
caput anguli? Hoc factum est à Domino: & est mirabile in

اعيننا من اجل هذا اقول لكم ان ملكوت الله تنزع
oculis nostris. Ideo dico uobis, quia regnum Dei auferetur
منكم وتعطي لأمم اخر يصنعون ثمرتها ومن سقط
à uobis, & dabitur genti aliæ, qui facient fructum suū, & quicunque ceciderit
علي هذا الحجر يترضض ومن سقط عليه يطحنه ✿ فلمّا
super hunc lapidem, confringetur, & super quem ceciderit conteret eū. Cùm autem
سمع روساء الكهنة والفريسيون امثاله علموا انه يقول
audisset prīcipes Sacerdotū, & Pharisæi parabolas eius: cognouerūt quòd ipse diceret
من اجلهم فهمّوا ان يمسكوه وخافوا من الجموع لأنه كان
de ipsis, Et quæsiuerunt tenere eum, & timuerunt turbas: quia erat
عندهم مثل نبي ✿
apud illos sicut propheta.

الفصل الحادي والسبعون

Sectio septuagesima prima.

ثم اجاب يسوع ايضًا بامثال وقال تشبه ملكوت
Deinde respondit Iesus iterum in parabolis, & dixit. Assimilatur regnum
السموات رجلًا ملكًا صنع عرسًا لابنه فارسل عبيده
cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, Et misit seruos suos
ليدعوا المدعوين الي العرس فلم يريدوا ان ياتوا ثم ارسل
ut uocarent inuitatos ad nuptias: & noluerunt uenire. Deinde misit
ايضا عبيدًا اخرين وقال قولوا للمدعوين ان طعامي معد
etiam seruos alios, & dixit, Dicite inuitatis Quia prandium meum paratum est,
وعجولي المعلوفة قد ذبحت وكلّ شيء معدّ فتعالوا الي
& uituli mei saginati iam occisi sunt, & omnia parata sunt; uenite igitur ad
العرس فتكاسلوا وذهبوا فواحد منهم الي تجارته ومنهم
nuptias. Et neglexerunt: & abierunt, unus quidē ex illis ad negotiationē suā: & alius
الي حقله والبقية امسكوا عبيده وشتموهم وقتلوهم
ad uillā suā: & reliq. tenuerūt seruos eius, & cōtumeliis affecerūt eos, & occiderūt eos.
فلمّا سمع الملك غضب وارسل جنده واهلك اوليك
Cùm autem audisset Rex, iratus est: & misit exercitus suos, & perdidit illos

القتلة واحرق مدينتهم حينيذ قال لعبيده امّا العرس
occiſores, & ſuccendit ciuitates illorum. Tunc dixit ſeruis ſuis. Nuptiæ quidem
فستعد والمدعوين فغير مستحقين اذهبوا الي مسالك
paratæ ſunt: & inuitati indigni facti ſunt, Ite ad ſtrata
الطرق وكلّ من وجدتموه ادعوه الي العرس فلمّا خرج
uiarum: & quoſcumque inueneritis, uocate eos ad nuptias. Cùm autem exiſſent
اوليك العبيد الي الطرق جمعوا كلّ من وجدوه اشرارا
illi ſerui ad uias, congregauerunt quoſcumque inuenerunt: malos
وصالحين وامتلا العرس من المتكيين ۞ فلمّا دخل
& bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Cùm autem introiſſet
الملك لينظر الي المتكيين رآي هناك رجلا ليس
Rex, ut aſpiceret diſcumbentes; uidit ibi hominem
عليه لباس العرس فقال له ياصاحب كيف دخلت
cui non erat ueſtis nuptiarum, Et dixit ei, Amice, quomodo intraſti
الي هاهنا وليس عليك لباس العرس فسكت
huc, & non eſt tibi ueſtis nuptiarum? Et tacuit.
حينيذ قال الملك للخدّام شدّوا يديه ورجليه واخرجوه
Tunc dixit Rex miniſtris. Ligate manus eius, & pedes eius, & eiicite eum
الي الظلمة البرّانية هناك يكون البكا وصرير الاسنان
in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.
ما اكثر المدعوين واقل المنتخبين ۞
Quàm multi ſunt uocati, & pauci electi.

الفصل الثاني والسبعون

Sectio ſeptuageſima ſecunda.

حينيذ ذهب الفريسيون وتشاوروا ليصطادوه بكلمة
Tunc abierunt Phariſæi, & conſilium inierunt ut caperent eum in ſermone.
وارسلوا اليه تلاميذهم والهيرودسيين قايلين يامعلم
Et miſerunt ad illum diſcipulos ſuos, & Herodianos, dicentes, Magiſter,
قد علمنا انك محقّ وطريق الله بالحقّ تعلم ولاتبالي
iam ſcimus quia tu uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & non eſt tibi cura

باحد ولا تنظر بوجه انسان فقل لنا ماذا تظن ايجوز
de aliquo, & non respicis in faciem hominis; dic ergo nobis quid tibi uidetur, licet ne
لنا ان نعطي الجزية لقيصر ام لا فعلم يسوع سرّهم قال لهم
nobis dare censum Cęsari àn non? Et cognouit Iesus nequitiam eorum, dixit eis,
لماذا تجربونني يا مرايين اروني صورة الدينار فاتوه بدينار
Quid tentatis me hypocritę, ostendite mihi figuram denarij, Et attulerunt denarium
فقال لهم يسوع لمن هذه الصورة والكتابه قالوا هذه
Et dixit eis Iesus, Cuius est hæc figura, & inscriptio eius? Dixerunt, Hæc est
لقيصر حينيذ قال لهم اعطوا ما لقيصر لقيصر وما لله لله
Cæsaris. Tunc dixit eis, Date quod est Cæsaris Cæsari: & quod est Dei Deo.
فلمّا سمعوا تعجبوا وتركوه ومضوا ❁
Et cùm audissent, admirati sunt, & reliquerunt eum, & abierunt.

الفصل الثالث والسبعون

Sectio septuagesima tertia.

وفي ذلك اليوم جاء اليه الزنادقة الذين يقولون ليس
Et in illo die uenerunt ad eum Saducæi qui dicunt non esse
قيامة وسالوه قايلين يا معلم موسي قال لنا ان مات
resurrectionē: & īterrogauerūt eū dicētes, Magister, Moyses dixit nobis, Si mortuus
انسان وليس له ولد فليتزوج اخوه امرأته وليقم زرعاً
fuerit homo aliqs & nō habuerit filiū, ducat frater eius uxorē illius, & suscitet semen
لاخيه وكان عندنا سبعة اخوة تزوج الاول منهم امرأة ومات
fratri suo. Fuerunt apud nos septē fratres: duxit primus ipsorū uxorē, & mortuus est:
ولم يكن له زرع وترك امراته لاخيه وكذلك الثاني
& non fuit ei semen, & reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus,
والثالث الي السابع وفي اخر الكلّ ماتت المرأة ففي
& tertius, usque ad septimum. Nouissimè autē omniū mortua est mulier, Igitur in
القيامة لمن تكون المرأة من السّبعه لانهم تزوجوها
resurrectione cuius erit uxor de septem? quoniam ipsi duxerunt eam
جميعهم اجاب يسوع وقال لهم ضللتم ولم تعرفوا الكتب
omnes. Respondit Iesus, & dixit eis. Errastis, & non Intellexistis scripturas,
ولا

ولا قوة الله لانهم في القيامة لا يتزوجون ولا يزوجون
neque uirtutem, Dei quoniam illi in resurrectione neque nubent neque nubentur:
لكن يكونون كملايكة الله في السمآء امّا من اجل
sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. De
قيامة الأموات اما قرأتم ما قيل لكم من قبل الله اذ قال
resurrectione autem mortuorum nō legistis quod dictū est uobis à Deo quando dixit,
انا هو اله ابراهيم واله اسحق واله يعقوب والله ليس اله
Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? & Deus non est Deus
الموتي لكن الاحيآء فلمّا سمع الجمع بهتوا من تعليمه ۞
mortuorum, sed uiuentium. Et cùm audisset turba, stupuerunt de doctrina eius.

الفصل الرّابع والسّبعون

Sectio septuagesima quarta.

فلمّا سمع الفريسيون انه قد ابكم الزنادقة اجتمعوا عليه
Et cùm audissent Pharisæi, quia ipse obmutescere fecisset Saducæos cōuenerūt ad eum
جميعًا وساله كاتب منهم ليجرّبه قايلًا يا معلم ايما اعظم
simul: & īterrogauit scriba unus ex eis. ut tentaret eū dicēs, Magister ꝙ est maximum
الوصايآء في الناموس قال له يسوع تحب الربّ الهك
mandatorum in lege? Dixit ei Iesus. Diliges Dominum Deum tuum
من كلّ قلبك ومن كلّ نفسك ومن كلّ فدرك
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua.
هذه هي الوصيّة الأولي العظيمة والثانية التي تشبهها
Hoc est mandatorum primum maximum. Secundum autem est quod assimilatur ei,
ان تحب قريبك مثل نفسك في هاتين الوصيتين
Vt diligas proximum tuum sicut te ipsum: in his duobus mandatis
الناموس كلّه والانبيآء معلقون ۞
lex uniuersa & prophetæ pendentes sunt.

الفصل الخامس والسبعون

Sectio septuagesima quinta,

ثم اجتمع الفريسيون فسالهم يسوع وقال ماذا تظنون
Deinde congregati sunt Pharisæi, & interrogauit eos Iesus & dixit, Quid uobis uidet

من اجل المسيح ابن من هو قالوا له ابن داود فقال لهم
de Christo? cuius est filius? Dixerunt ei, Filius Dauid. Et dixit eis
يسوع كيف داود يدعوه بالروح ربّه ان قال قال الربّ
Iesus. Quomodo Dauid uocat eũ in spiritu Dominũ suũ quãdo dixit, Dixit Dominus
لربّي اجلس عن يميني حتى اضع اعداك تحت موطي
Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub plantis
قدميك فان كان داود يدعوه بالرّوح ربّه فكيف هو ابنه
pedum tuorũ? Si ergo Dauid uocabat eũ ĩ spiritu Dñum suũ, quomodo est filius eius?
فلم يستطع احد ان يجيبه بكلمة ولم يقدر احد من ذلك
Et nemo potuit respondere ei uerbum, neque potuit aliquis ab illa
اليوم ان يساله عن شئ ☼
die interrogare eum de aliqua re.

الفصل السّادس والسبعون

Sectio septuagesima sexta.

حينئذ كلم يسوع الجمع وتلاميذه وقال علي كرسي موسي
Tunc locutus est Iesus ad turbas, & discipulos suos, & dixit, Super cathedram Moysi
جلس الكتبة والفريسيون وكلّما قالوا لكم احفظوه وافعلوه
sederũt Scribæ & Pharisæi, Et quodcũque dixerĩt uobis, seruate illud, & facite illud:
ومثل اعمالهم لا تصنعوا لانهم يقولون ولا يفعلون ☼
Secundum uerò opera eorum ne faciatis, quoniam ipsi dicunt & non faciunt.
يربطون احمالاً ثقالاً ويحملونها علي اعناق الناس
Alligant enim onera grauia, & inponunt ea portanda super colla hominum:
ولا يريدون ان يحركوها باصبعهم ☼ وكلّ اعمالهم
& nolunt mouere ea digito suo, Et omnia opera sua
يصنعونها لكي يرآوا الناس يعرضون ارديتهم ويعظمون
faciunt ea ut uideant homines, dilatant filacteria sua, & magnificant
اطراف ثيابهم ويحبون اول الجماعات في العشا
fimbrias uestimentorum suorum. Et amant primos recumbitus in cœnis
وصدور المجالس في المجامع والسّلم في الأسواق وان
& primas cathedras in synagogis, & salutationes in foris, & ut
يدعوهم

يدعوهم الناس معلّمين ۞ فامّا انتم فلا تدعوا لكم معلمًا
uocent eos homines magiſtros. Vos autem ne uocetis uobis magiſtrum
علي الارض فان معلمكم واحد هو المسيح وانتم جميعًا اخوه
ſuper terram. Quoniam magiſter ueſter unus eſt Chriſtus, uos autem eſtis fratres eius,
ولا تدعوا لكم ابًا علي الارض فان اباكم واحد هو الذي في
Neque uocetis uobis patrem ſuper terram: quoniam pater ueſter unus eſt qui eſt in
السموات ولا تدعوا لكم مدّبرًا علي الارض فان واحدًا هو
cœlis. Neque uocetis uobis gubernatorem ſuper terram: quoniam unus eſt
مدبركم المسيح والكبير الذي فيكم فليكن لكم خادمًا ۞
gubernator ueſter Chriſtus, Et magnus qui eſt inter uos, ſit uobis miniſter.
ومن رفع نفسه اتضع ومن وضع نفسه ارتفع ۞ الويل
Et qui exaltauerit ſe ipſum, humiliabitur, & qui humiliauerit ſe ipſũ, exaltabitur. Væ
لكم ايها الكتبة والفريسيون المراؤون لاكلكم بيوت
uobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ; quia comeditis domos
الارامل والايتام بعلة تطويل صلواتكم ومن اجل هذا
uiduarũ, & pupillorum ob cauſam longitudinis orationum ueſtrarum, & propter hoc
تاخذون اعظم دينونة الويل لكم يا كتبة ويا فريسيين
accipietis maius iuditium. Væ uobis Scribæ & Phariſæi
يامرايين لانكم تغلقون ملكوت السموات قدام الناس
hypocritæ, quia uos clauditis regnum cœlorum coram hominibus
فلا انتم تدخلون ولا تتركون الداخلين يدخلون
& uos non ingredimini, neque permittitis introeuntes ingredi.
۞ الويل لكم ايها الكتبة والفريسيون المراؤون لانكم
Væ uobis ò Scribæ & Phariſæi hypocritę: quia uos
تطوفون البّر والبحر لتصطنعوا غريبًا واحدًا فاذا صار
circuitis aridam, & mare, ut faciatis proſelytum unum: & cùm factus fuerit,
صيرتموه لجهنم ابنًا مضاعف عليكم الويل لكم يا هداة
feciſtis eum gehennæ filium duplo quam uos. Væ uobis duces
العميان الذين يقولون من حلف بالهيكل فليس
cœci, qui dicunt, Quicumque iurauerit per templum: non

هوشيًا ومن حلف بذهب الهيكل يخطي ايها الجهال
est aliquid, & quicumque iurauerit per aurum templi, peccauit, o stulti
العمي ايما اعظم الذهب ام الهيكل الذي يقدس الذهب
cæci, quid est maius, aurum, an templum, quod sanctificat aurum?
ومن حلف بالمذبح فانه ليس شيًا ومن حلف بالقربان
& quicumque iurauerit per altare, nihil est, & quicumque iurauerit, per donum
الذي فوقه فهو مخطي ياجهّال وعميان ايمـا اعظم القربان
quod est super ipsum, ille peccauit. Stulti cæci, quid est maius, donum,
او المذبح الذي يقدس القربان من حلف بالمذبح فقد
an altare quod sanctificat donum? Quicumque iurauerit per altare,
حلف به وبكلما فوقه ومن حلف بالهيكل فهو يحلف
iurauit per ipsũ & per omne ꝙ est super ipsũ. Et quicũque iurauerit ꝑ tẽplũ, ipse iurat
به وبالسّاكن فيه ومن حلف بالسمآء فهو يحلف بكرسي
per ipsũ & ꝑ habitantem in eo. Et quicumque iurauerit per cœlũ, ipse iurat ꝑ thronũ
الله والجالس عليه ۞
Dei, & per sedentem in eo.

الفصل السّابع والسّبعون

Sectio septuagesima septima.

الويل لكم ايّهـا الكتبة والفريسيون المراوون لانكم
Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia uos
تعشرون النعناع والشبث والكمون وتتركون ثقل
decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis grauia
الناموس الحكم والرحمة والايمان وكان ينبغي ان تعملوا هذا
legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Oportebat enim facere hæc,
ولا ترفضوا تلك ۞ ياهداة العميان الذين يتركون
& non ommittere illa. Duces cæcorum, qui relinquitis
الباعوضة ويبتلعون الجمل ۞ الويل لكم ايّهـا الكتبة
culicem & glutitis camelum, Væ uobis o Scribæ
والفريسيون المراوون لانكم تنقون خارج الكاس
& Pharisæi hypocritæ; quia uos mundatis quod desoris est calicis
والسكرجه

والسكرجة وداخلهما مملوا اختطافاً وظلماً ايّها الفريسي
& paropſidis: quod autem intra eos eſt plenum eſt rapina & iniquitate. O Phariſæe
الأعمي نق اولاً داخل الكاس والسكرجه لكيما يتطهر
cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat mundum
خارجهما ☼ الويل لكم ايّها الكتبة والفريسيون
quod eſt extra eos. Væ uobis o Scribę & Phariſæi
المراؤون لانكم تشبهون القبور المكلّسة التي تري من
hypocritæ: quia uos ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ uidentur
خارجها حسنة ومن داخلها مملوة عظام الاموات
exterius ſpecioſa, interius autem plena ſunt oſſibus mortuorum,
وكلّ نجس وكذلك انتم ترون الناس ظاهركم مثل
& omni ſpurcitia. Sic & uos oſtenditis hominibus exteriora ueſtra, ueluti
الصديقين ومن داخل ممتليون اثماً وريا ☼ الويل لكم
iuſta: intus autem pleni eſtis iniquitate & hypocriſi. Væ uobis
ايّها الكتبة والفريسيون المراؤون لانكم تبنون قبور
o Scribæ & Phariſæi hypocritę: quia uos ædificatis ſepulchra
الأنبيآ وتزينون مدافن الصدّيقين وتقولون لوكنّا
prophetarum & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis. Si fuiſſemus
في ايام ابائنا لم نشركهم في دم الأنبيآ فانتم تشهدون
in diebus patrũ noſtrorũ nõ eſſemus ſocij eorũ ĩ sãguine prophetarũ. Vos igit̃ teſtifica-
من نفوسكم انكم بنوقتلة الانبيآ ☼ وانتم تكملون مكايل
mini ex uobismet ipſis, q̃a uos eſtis filij eorũ q̃ occiderũt ꝓphetas, Et uos ĩpletis mẽſu-
ابايكم ☼ ايّها الحيّات اولاد الأفاعي كيف تهربون من
ram patrum ueſtrorum. O ſerpentes genimina uiperarum quomodo fugietis à
دينونة جهنم ☼ من اجل هذا هانذا ارسل اليكم انبياء
iuditio gehennæ? Ideo ecce mitto ad uos prophetas,
وحكماء وكتبة فتقتلون منهم وتصلبون منهم
& ſapientes, & ſcribas, & occidetis ex illis, & crucifigetis ex illis,
وتجلدون منهم في مجامعكم وتطردونهم من مدينة
& flagellabitis ex illis in ſynagogis ueſtris, & perſequemini eos de ciuitate

الي مدينة لكي ياتي عليكم كلّ دم الصديقين المسفوك
in ciuitatem: ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtorum effuſus
علي الارض من دم هابيل الصدّيق الي دم زكريا ابن
ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filij
براشيا الذي قتلتموه بين الهيكل والمذبح ۞ الحق اقول
Baraſciæ, quem occidiſtis inter templum, & altare. Amen dico
لكم ان هذا كلّه ياتي علي هذا الجيل يا روشليم يا روشليم
uobis, quia hæc omnia uenient ſuper hanc generationem. Ieruſalem, Ieruſalem,
ياقاتلة الانبياء وراجمة المرسلين اليها كم من مرة اردتّ
quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui miſſi ſunt ad eam: quoties uolui
ان اجمع بنيك كما تجمع الدجاجة فراخها تحت
congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub
جناحيها فلم تريدوا هوذا اترك بيتكم لكم خرابا انا
alas ſuas, & noluiſtis? Ecce relinquetur domus ueſtra uobis deſtructa. Ego
اقول لكم انكم لا ترونني من الان حتي تقولوا مبارك
dico uobis, quia uos non uidebitis me àmodo, donec dicatis, Benedictus
الأتي باسم الربّ ۞
qui uenit in nomine domini.

الفصل الثامن والسبعون

Sectio ſeptuageſima octaua.

ثم خرج يسوع من الهيكل فجاء اليه تلاميذه كي يروه
Deinde exijt Ieſus de templo, & uenerunt ad eum diſcipuli eius ut oſtenderent ei
بناء الهيكل فاجاب وقال لهم انظروا هذا كلّه الحق
ædificationem templi. Et reſpondit & dixit eis, uidetis hæc omnia? Amen
اقول لكم انه لا يترك هاهنا حجر علي حجر الّا ينقض ۞ ثم
dico uobis quia non relinquetur hic lapis ſuper lapidem quin deſtruatur. Deinde
جلس علي جبل الزيتون فجاء اليه تلاميذه في خلوة
ſedit ſuper montem oliueti, & uenerunt ad eum diſcipuli eius ſecretò,
قايلين قل لنا متي يكون هذا وما علامة مجيك
dicentes; Dic nobis quando erit hoc? & quod ſignum aduentus tui
وانقضا

وانقضا الزمان فاجاب وقال لهم انظروا لا يضلكم احد

& consumationis temporis? Et respondit & dixit eis. Videte ne seducat uos aliquis:

كثيرون ياتون باسمي قايلين انا هو المسيح ويضلون

multi uenient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & seducent



كثيرًا فاذا سمعتم بالحروب واخبار الحروب انظروا لا

multos, quando igitur audieritis prȩlia & noua præliorum, uidete ne

تقلقوا فلا بد ان يكون هذا كلّه لكن لم يات الانقضاء

turbemini: oportet enim fieri hoc totum, sed non uenit finis

تقوم امّة علي امّة ومملكة علي مملكة ويكون خوف

Consurget gens contra gentem & regnum contra regnum, & erit timor

وجوع واضطراب في اماكن وكلّ هذا اول المخاض ☼

& fames, & perturbationes in locis, & omnia hæc erunt primi dolores.

حينيذ يسلمونكم الي الضيق ويقتلونكم وتكونون

Tunc tradent uos in angustiam, & occident uos, & eritis

مبغوضين من كلّ الامم من اجل اسمي ☼ وحينيذ

odio omnibus populis propter nonien meum. Et tunc

يشك كثير ويسلم بعضكم بعضًا ويبغض بعضكم بعضًا
ſcādalizabūt multi: Et tradet alter ex uobis alterū, & odio habebit alter ex uobis alterū
ويقوم كثير من الانبيآء الكذبة ويضلّون كثيرًا ولكثرة
Et ſurgent multi ex prophetis mendacibus: & ſeducent multos, Et ob multam
الاثم تقلّ المحبة من كثير والذي يصبر الي المنتهي
iniquitatem diminuetur charitas multorum. Et qui perſeuerauerit uſque in finem,
يخلص ✡ ويكرز بهذه البشارة للملكوت في جميع
ſaluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in omnibus
المسكونة شهادةً لكلّ الامم وحينيذ ياتي الانقضآء ✡
habitationibus, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet conſumatio.
فاذا رآيتم رذلة الخراب الذي قيل في دانيال النبي قايمًا
Quādo igitͤ uideritis abominationē deſolationis, quę dicta eſt ī Daniele propheta ſtāte
في المكان المقدّس فليفهم القاري ✡ حينيذ الذين
in loco ſancto, intelligat legens, Tunc qui ſunt
في يهوذا يهربون الي الجبال والذي في السطح لا ينزل
iu Iudęa fugient in montes: & qui in tecto, non deſcendet
ياخذ ما في بيته والذي في الحقل لا يلتفت الي ورايه
tollere quod eſt in domo ſua: Et qui in agro non reuertetur retrorſum
لياخذ ثيابه ✡ الويل للحبالي والمرضعات في تلك الايام ✡
ut accipiat ueſtimenta ſua. Væ prægnantibus, & lactantibus in illis diebus.
صلّوا ليلاّ يكون هربكم في شتآء ولا في سبت ✡
Orate, ne ſit fuga ueſtra in hyeme neque in ſabbatho.
وسيكون ضيق عظيم لم يكن مثله من اول العالم
Et erit anguſtia magna non fuit ſimilis ei ab initio mundi
حتي الان ولا يكون ✡ ولولا ان تلك الايام قصرت لم
uſque modò neque fiet. Et niſi illi dies abbræuiati eſſent, non
يخلص ذو جسد لكن لاجل المنتخبين قصرت تلك
fieret ſalua caro. Sed propter electos abbreuiati ſunt illi
الايام ✡ حينيذ ان قال لكم احد ان المسيح هاهنا او
dies. Tunc ſi dixerit uobis aliquis, Quia Chriſtus eſt hic, uel
هاهنا

هاهنا فلا تصدقوا ✡ فسيقوم مسيحوا كذب وانبياء
hic: ne credatis. Surgent enim Christi mendaces, & prophetæ
كذبة ويعطون علامات عظيمة وايات ويضلّون
mendaces: & dabunt signa magna & prodigia, & deuiare facient
المختارين ان قدروا هوذا قد تقدمت واخبرتكم ✡ فان
electos, si possent. Ecce predixi & nunciaui uobis. Si igitur
قالوا لكم انه في البرية فلا تخرجوا او في المخادع فلا
dixerint uobis, Quia ipse est in deserto: ne exeatis, aut in penetralibus: ne
تصدّقوا ✡ وكما ان البرق يخرج من المشرق فيظهر في
credatis. Et sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet in
المغرب كذلك يكون مجي ابن البشر ✡ لان حيث
Occidente: ita erit aduentus filij hominis. Quoniam ubi
telonium: & dixit ei, Sequere me, & ſurrexit & ſecutus eſt eũ. Et dũ ipſe accũberet
في بيته وكان معهُ عشارون وخطاة كثيرون
in domo illius, & eſſent cum eo publicani, & peccatores multi
وتلاميذه فجلس معهم وكان كثير قد تبعوه وكتبة
& diſcipuli eius, & ſedit cum illis. Et fuerunt multi qui ſecuti ſunt eum. Scribæ autem
وفريسيون فلمّا راوه ياكل مع الخطاة والعشارين قالوا
& phariſæi, cùm uidiſſent eum comedentem cum peccatoribus, & publicanis, dixerũt
لتلاميذه ما بال معلمكم ياكل مع الخطاة والعشارين
diſcipulis eius. Quare magiſter ueſter manducat cum peccatoribus & publicanis
ويشرب ❁ فسمع يسوع ذلك فقال لهم لايحتاج الاصحآء
& bibit? Audiuit autem Ieſus hoc, & dixit eis. Non neceſſe habent ſani
الي الاطبآء لكن المعذبون بالامراض لم ات لادعوا
medicis, ſed uexati infirmitatibus. Non ueni uocare
الابرار بل الخطاة للتوبة ❁
iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

الفصل السابع

Sectio ſeptima.

وكان تلاميذ يوحنّا والفريسيون يصومون فجآوا
Et erant diſcipuli Iohannis & phariſæi qui ieiunabant, & uenerunt
وقالوا له ما بال تلاميذ يوحنّا والفريسيون يصومون
& dixerunt ei. Quare diſcipuli Iohannis, & phariſæi ieiunant,
وتلاميذك لايصومون فقال لهم يسوع لا يقدر بنو
& diſcipuli tui non ieiunant? Dixit autem eis Ieſus, non poſſunt filij
العرس والعروس معهم ان يصوموا والزمان الذي فيه
nuptiarum & ſponſus cum eis ieiunare, & tempore quo
العروس معهم لايقدرون ان يصوموه بل ستاتي ايام
ſponſus eſt cum eis non poſſunt ieiunare, ſed uenient dies

اذا ارتفع العروس يصومون حينيذ في ذلك اليوم
cum auferetur sponsus ieiunabunt tunc in illa die.
وكما انه لا يرقّع انسان ثوبا باليا بخرقة جديدة الّا مدّ
Et queadmodũ nõ assuit homo uestimẽtũ uetus cũ assumento nouo, alioquĩ extendit
الجديد البالي فيخرقه ولا تصبّ خمر جديدة في زقاق
nouum uetus, & scindit illud: & non immittit uinum nouum in utres
بالية الّا يتخرق الزقاق وتنصبّ الخمر بل تصبّ الخمر
ueteres, alioquin rumpit utres, & effundetur uinum, sed immittit uinum
الجديدة في زقاق جدد
nouum in utres nouos.

الفصل الثامن
Sectio octaua.

وكان يوم سبت وتلاميذه يمشون بين الزروع فاقبلوا
Et fuit dies sabbathi, & discipuli eius ambulabant per sata, & cęperunt



يفركون سنبلا وياكلون فقال له الفريسيون انظر ما
mundare spicas & comedere. Dixerunt autem pharisæi. Vide quid
يفعلون

يفعلون في يوم السّبت ما لا يحلّ فقال لهم ما قراتم قط
faciunt in die ſabbathi, quod non licet. Et ait illis, Num legiſtis unquam
ما صنع داود حيث احتاج وجاع ومن معه كيف
quid fecerit Dauid quando neceſſe habuit, & eſurijt & qui erant cum eo, quomodo
دخل في بيت الله اذ كان ابيتار عظيم الكهنة اكل
introiuit in domum Dei, cum eſſet Abiathar magnus ſacerdotum? manducauit
خبز التقدمة الذي لا يحلّ اكله الاّ للكهنة فقط واعطي
panem propoſitionis cuius non licebat commeſtio, niſi ſacerdotibus tantum, & dedit
للذين كانوا معه ثم قال لهم السّبت من اجل الانسان
eis qui erant cum eo. Deinde dixit eis. Sabbatum propter hominem
كان ولم يخلق الانسان لاجل السّبت وابن الانسان
factum eſt, & non creatus eſt homo propter ſabbatum, & filius hominis
هو ربّ السّبت ۞
eſt dominus ſabbati.

الفصل التاسع
Sectio nona.

ودخل ايضًا الي الجمع وجد هناك رجلًا يده يابسة
Et introiuit iterum in ſynagogam: inuenit hominem cuius manus erat arida
فاقبلوا يتسرقون هل يبريه في يوم السّبت ليقرفوا به
& ſumpſerunt obſeruare, an curaret eum in die ſabbathi, ut accuſarent eum.
فقال للرجل اليابس اليد قم في الوسط وقال لهم هل
Et dixit homini arido manu, Surge in medium; & dixit illis
يحلّ في السّبت فعل الصلاح ام الشر نفس تخلص ام
licet nè in ſabbatho operatio boni an mali? Animam ſaluam fieri an
تهلك فلم يجيبوه فنظر اليهم مغضبًا لقسوة قلوبهم ثم قال
perdi? Et nō reſpōderunt ei, & inſpexit eos iratus, ob duritiē cordiū eorū, deīde dixit
للرجل امدد يدك فمدّها فاستوت يده ۞ فخرج
homini. Extēde manum tuā. Et extēdit eam, & reſtituta eſt manus eius. Et exierunt
الفريسيون للوقت مع اصحاب هيرودس متوامرين
phariſæi ſtatim cum herodianis conſilium facientes

في ان يهلكـــــــــــــــــــــــــــوه ۞
ut perderent eum.



الفصل العاشر
Sectio decima.

فامّا يسوع وتلاميذه فانطلق الي البحر وتبعه جمع
At Iesus cum discipulis suis secesserunt ad mare: & secuta est eum turba
كبير من يهودا ومن الجليل ويروشليم وادوم وعبر
magna à Iudæa, & à Galilæa, & Ierosolymis, & Idumæa, & trans
الاردن وصور وصيدا وسمع جمع كبير بكما صنع فاتوا
Iordane, & Tyro, & Sydone, & audiuit multitudo magna quæcũque fecit, & uenerũt
اليه فقال لتلاميذه يقدّمون اليه السفينة من اجل
ad eum. Et dixit discipulis suis, ut afferrent ad eum nauim propter
الجمع ليلّا يزحموه فابرا كثيرين وكانوا يزدحمون عليه
turbam, ne comprimerent eum. Et curauit multos, & irruebant in eum,
حتّي يقعوا اليلمسوه ۞ والذين كانت بهم امراض وارواح
ita ut caderent, ut tangerent eum. Et quicumque habebant infirmitates, & spiritus
نجسة

نجسة كانوا اذا راوه سقطوا قدّامه قايلين انت هو ابن
immundos quando uidebant eum cadebant ante eum, dicentes. Tu es filius
الله وكان ينهاهم كثيراً الّا يظهروا فعله ۞
Dei, & prohibebat eos multum ne manifestarent opera eius.

الفصل الحادي عشر

Sectio undecima.

وصعد الي الجبل ودعا الذين احبّهم وجاوا اليه
Et ascendit in montem, & uocauit quos dilexit, & uenerunt ad eum
فانتخب اثني عشر ليكونوا معه ولكي يرسلهم ليكرزوا
& elegit duodecim, ut essent cum eo: & ut mitteret eos ad prædicandum



واعطاهم سلطاناً علي شفاء المرضي واخراج الشياطين ۞
& dedit eis potestatem super curationem infirmorum, & exitus dæmoniorum,
وجعل لسمعان اسماً هو بطرس ويعقوب ابن زبدي
& imposuit Simoni nomen quod est Petrus, & Iacobum filium Zebedæi,
ويوحنّا اخوه وسماهما باسماء بوانرجس الذي هو ابنا
& Iohannem fratrem eius & uocauit eos duos nominibus Boanarges quod est filij

الرعد واندراوس وفيلبس وبرتولومي ومتّي وتوما ويعقوب

tonitrui, & Andræã & Philippum & Bartholomæũ & Matthæũ & Thomã & Iacobũ

ابن حلفا وتدّا وسمعان القاناني ويهوذا الاسخريوطي الذي

filium Alphæi & Thadæum & Simonem Cananæum & Iudam Iſcariotem qui

اسلمه ودخل الى بيت واجتمع ايضا جمع حتى لم

tradidit ipſum, Et intrauit in domum, & conuenit iterum turba ita ut non

يقتدروا على اكل الخبز وسمع اصحابه فخرجوا ليمسكوه

poſſent manducare panem. Et audierunt ſui & exierunt ut tenerent ipſum

قايلين انه ساهي القلب ۞ فامّا الكتبة الذين اتوا من

dicentes, Quoniam ipſe uecors eſſet. At ſcribæ qui uenerant ab

يروشليم فقالوا ان باعل زبول معه وبارکون الشياطين

Ieroſolymis dixerunt quia Beel-zebub erat cum eo, & in principe dæmoniorum

يخرج الشياطين ۞ فدعاهم وقال لهم بامثال كيف

eijcit dæmonia, & uocauit eos & dixit eis *in parabolis,* Quomodo

يقدر شيطان ان يخرج شيطانا وكلّ مملكة تنقسم لا

poteſt dæmonium eijcere dæmonium? & omne regnum quod diuiſum eſt non

تثبت تلك المملكة واذا اختلفت اهل البيت لا

erit ſtabile illud regnum, & quando in diſſidium uenerint habitatores domus non

يثبت ذلك البيت فان كان الشيطان الذي يقاوم نفسه

erit ſtabilis illa domus, & ſi eſſet Sathanas qui aduerſaretur ſibi ipſi

وينقسم فلن يقدر ان يثبت لكن له انقضا لا يقدر

& diuiſus eſſet, non poſſet utique ſtare, ſed eſſet ei deſtructio. Non poteſt

احد ان يدخل بيت القوي وينهب متاعه الّا ان يربط

aliquis intrare domum fortis & diripere bona illius, niſi alliget

القوّي اولا وينهب بيته ۞

fortem prius, & diripiet domum eius.

الفصل الثاني عشر

Sectio duodecima.

الحقّ اقول لكم ان كلّ شيء يغفر لبني البشر من الخطايا

Amen dico uobis quòd omnia dimittentur filijs hominis peccata,

والتجديف الذي يجدّفونه و المجدفون علي روح
& blaſphæmia qua blaſphemauerint, blaſphemantes uero in ſpiritum
القدس لايغفر لهم الي الابد بل يستحق بهم العقاب
ſanctum non remittetur eis in æternum, ſed conuenit eis caſtigatio
الدايم لانهم يقولون ان معه روحًا نجسًا ۞ ثم وافاه
ęterna, quoniã ipſi dicunt Quia cum illo eſt ſpiritus immundus. Deíde uenerũt ad eũ
امّه و اخوته فوقفوا خارجًا وارسلوا اليه يدعونه وكان
mater eius & fratres eius: & ſteterunt foris & miſerunt ad eum qui uocarẽt eũ & erat
الجمع جالسًا حوله فقالوا له امك و اخوتك برّا
turba ſedens circa eum: & dixerunt ei: Mater tua & fratres tui foris
يطلبونك فاجاب و قال من امّي واخوتي و نظر الي
quærunt te. Et reſpondit & dixit, Quæ eſt mater mea & fratres mei? & reſpexit in
الجلوس حوله وقال هولاء هم امّي واخوتي وكلّ من يعمل
ſedentes circa eum, & dixit, Hi ſunt mater mea & fratres mei & quicumque fecerit
ارادة الله هو اخي واختي وامّي ۞ وبدا ايضًا يعلّم عند
uolũtatẽ Dei ipſe eſt frater meus & ſoror mea & mater mea. Et cępit iterũ docere iuxta
البحر واجتمع اليه جمع كبير حتّي انه ركب السفينة
mare & congregata eſt ad eum turba magna ita ut ipſe aſcenderet nauim,
وجلس علي البحر وكانت الجموع كلّها عند البحر علي
& ſederet in mari, & erant turbæ omnes ſecus mare ſuper
الارض و جعل يعلمهم بامثال كثيرة قايلًا في تعليمه
terram & docebat eos in parabolis multis dicens in doctrina ſua:
اسمعوا زارع خرج ليزرع فبيما هو يزرع فمنه ما سقط
Audite, ſeminans exijt ut ſeminaret & dum ipſe ſeminaret ex eo aliud cecidit
علي الطريق فاتي الطاير واكله ومنه ما سقط علي الصفاء
ſuper uiã, & uenerũt uolucres, & comederũt illud: & ex eo aliud cecidit ſuper petroſã
حيث لم يكن له عمق ارض ولوقته نبت واذ ليس له
ubi non erat ei profunditas terræ, & ſtatim creuit, & cùm non eſſet ei
عمق ارض لمّا اشرقت الشمس واحترّت جفّ اذ ليس
profunditas terræ quando exortus eſt ſol & exęſtuauit exiccatum eſt, cùm non eſſet

له اصل ومنه ما سقط في الشوك فخنقه لعلوه عليه

ei radix. Et ex eo aliud cecidit ĩ ſpinas, & ſuffocauerũt illud ob aſcẽſionẽ eorũ ſup illud

فلم يات بثمر ومنه ايضًا ما سقط في ارض جيّدة اعطي

& non attulit fructum. Ex eo iterum quod cecidit in terram bonam dedit



ثمرة وصعد ونمي فواحد جآء ثلثين واخر ستين واخر

fructum & aſcendit & creuit, & unum attulit triginta & aliud ſexaginta & aliud

ماية ۞ وقال من له اذنان سامعتان فليسمع ۞ فلمّا

centum. Et dixit Cuicumque ſunt aures audientes audiat. Et cùm

انفرد سأله الذين كانوا حوله مع الاثني عشر عن المثل

eſſet ſolus interrogauerunt eum qui erant circa eum cum duodecim de parabola

فقال لهم انتم اعطيتم معرفة سرّ ملكوت الله واوليك

& dixit eis. Vos donati eſtis cognitione myſterij regni Dei: & illis qui

الخارجون بالامثال يكون لهم كلّ شي لكي ينظر

foris ſunt, in parabolis fient eis omnia: ut uideant

الناظرون ولاينظرون ويسمعوا فلا يسمعون ولا

uidentes & non uideant, & audiant & non audiant neque

يفهمون

يفهمون فاذاهم عادوا غفرت لهم الخطايا ۞ وقال لهم اما
intelligant, & quando ipſi conuerſi fuerint remiſſa ſint eis peccata. Et dixit eis Non
تعرفون هذا المثل فكيف تعرفون جميع الامثال
intelligitis hanc parabolam? Quomodo igitur intelligetis omnes parabolas?
الزارع هو الذي يزرع الكلام والذي علي الطريق حيث
Seminans eſt qui ſeminat uerbum, & qui ſuper uiam ubi
تزرع الكلمة وفي حال سماعهم يجي الشيطان ياخذ
ſeminatur uerbum, & cùm ipſi audierint uenit Satanas tollit
الكلمة المزروعة في قلوبهم وهولآء ايضا هكذا الذين
uerbum ſatum in cordibus eorum, & iſti etiam ſimiliter qui
زرعوا علي الصفاء هم الذين يسمعون الكلمة فيقبلونها
ſeminati ſunt ſuper petroſa ſunt qui audiunt uerbum, & ſuſcipiunt illud
بفرح من ساعتهم وليس لها فيهم اصل والي زمن يسير
cum gaudio ſtatim, & non habet in eis radicem, & in tempore pauco
اذا عرض طرد وضيق بسبب الكلمة فيشكون للوقت
quando acciderit perſecutio & anguſtia propter uerbum ſcandalizantur confeſtim.
والذين زرعوا في الشوك هم الذين يسمعون الكلام
Et qui ſeminati ſunt in ſpinis ſunt qui audiunt uerbum
فتغلب عليهم هموم هذا الدهر وخديعة الغني وساير
& præualent in eis ęrumnæ huius ſeculi & deceptio diuitiarum & reliquæ
الشهوات الذين هم سالكوها فيخنقون الكلمة فلا
concupiſcentiæ, qui ſunt deambulantes in eas, & ſuffocant uerbum & non eſt
تثمر فيهم والذي زرع في الارض الجيدة هم الذين
fructus in eis. Et qui ſeminatus eſt in terra bona ſunt qui
يسمعون الكلمة ويقبلونها ويثمرون واحد ثلثين
audiunt uerbum, & ſuſcipiunt illud & fructificant, unus triginta
واخر ستين واخر ماية ۞ وكان يقول لهم لعلّ يوقد سراج
& alius ſexaginta & alius centum. Et dicebat illis Numquid accenditur lucerna
فيوضع تحت مكيال اوسرير اليس لكي يوضع علي المنارة
& ponitur ſub modio aut ſub lecto? non ne ut ponatur ſuper candelabrum?

كذلك ليس خفي الّا سيظهر ولا مكتوم الّا سيعلن ۞
Similiter non eſt quid abſconditum quin uideatur, neque occultum quin reueletur.
۞ من له اذنان سامعتان فليسمع
Cuicumque ſunt aures audientes audiat.

الفصل الثالث عشر

Sectio decima tertia.

وقال لهم انظروا ماذا تسمعون فبالكيل الذي تكيلون
Et dixit illis Videte quid audiatis, menſura qua menſi fueritis
يكال لكم وتزدادون ايها السامعون ۞ لان من له يعطي
metietur uobis, & incrementũ habebitis ò audientes. Qm̃ quicumque habet dabit̃ ei,
ومن ليس له فالذي عنده يوخذ منه ۞ وكان يقول لهم
& quicumque non habet, & quod eſt apud illum auferetur ab eo. Et dicebat eis,
هكذا ملكوت الله مثل انسان يلقي زرعه علي الارض
Sic eſt regnum Dei quemadmodum homo qui iaciat ſemen ſuum in terram,
وينام ويقوم ليلاً ونهاراً والزرع ينمي ويطول وهو لا يعلم
& dormiat & exurgat nocte & die, & ſemen germinet & increſcat & ipſe non ſciat
ان الارض وحدها تاتي بالثمرة اولاً عشباً وبعد ذلك
quia terra ſola affert fructum, primùm herbam, & poſt illam
سنبلاً ثم يمتلي السنبل حتي اذا انتهت الثمرة حينيذ
ſpicam, deinde impletur ſpica ut quando perfectus ſit fructus tunc
يضع المنجل لانه قد دنا الحصاد ۞ وقال لهم بماذا اشبّه
ponatur falx, quoniam adeſt meſſis. Et dixit eis, Cui aſſimilabo
ملكوت الله وباي مثل امثلها تشبه حبة خردل التي
regnum Dei? & cui parabolæ comparabo illud? Aſſimilatur grano ſinapis, quod
اذا زرعت علي الارض وهي اصغر الحبوب كلها التي علي
cùm fuerit ſeminatũ in terra & ipſum minimũ ſeminũ omnium eorũ, quę ſunt in
الارض فاذا زرعت وصعدت صارت اكبر من جميع
terra, & cùm ſæminatum fuerit & aſcenderit fit maius omnibus
البقول وتصنع غصوناً عظاماً حتّي ان طاير السماء يسكن
oleribus & facit ramos magnos ità ut uolucres cœli habitent
تحت

تحت ظلها ۞ وبمثل هذه الامثال الكثيرة كان يكلمهم
ſub umbra eorum. Et talibus parabolis multis loquebatur eis
علي حسب ما كانوا يستطيعون سماعه ۞ وبغير الامثال
iuxtà facultatem qua poterant audire eum. Et abſque parabolis
لم يكن يكلمهم وفي الخلوة كان يفسر لتلاميذه كل شي ۞
non loquebatur eis. Seorſum autem diſſerebat diſcipulis ſuis.

الفصل الرابع عشر
Sectio decima quarta.

وقال لهم في ذلك اليوم عندما جاؤا مسآء امضوا بنا
Et dixit eis in illa die dum perueniſſent ad noctem, Eamus
الي العبر فتركوا الجموع وحملوه معهم في السفينة وكانت
trans fretum, & dimiſerunt turbas, & aſſumpſerunt eum in naui & erant
معهم سفن اخر وكانت رياح عواصف عظيمة وكانت
cum illis naues aliæ. Et erant uenti ualidi magni, &



الامواج تضرب السفينة وتدخلها حتي كادت تمتلي
fluctus percutiebant nauim, & introibant in eam adeo ut prope erat ut impleretur.

وهو نايم في موخرها علي وسادة فايقظوه وقالوا له يامعلم
Et ipſe erat dormiẽs in puppi ſuper ceruical: & excitauerũt eũ, & dixerũt ei, Magiſter
اما يعنيك امرنا انّا نهلك فقام وزجر الريح وامر البحر
nõ eſt tibi cura de rebus nr̃is q̃a perimus? Et ſurrexit & cõminatus eſt uẽto & ĩperauit
بالسكون فسكن وهدت الريح وصار هدو عظيم ثم
mari quietem, & quieuit, & ceſſauit uentus, & facta eſt tranquillitas magna. Deinde
قال لهم لماذا تخافون اما لكم ايمان فخافوا خوفاً عظيما
dixit eis, Quare timetis non eſt uobis fides? Et timuerunt timore magno,
وقال بعضهم لبعض من تري هذا الذي الريح و البحر
& dixit alter ad alterum: Quis uidetur iſte, cui uentus & mare
يطيعانه
obediunt?

الفصل الخامس عشر

Sectio decima quinta.

وجاء الي عبر البحر الي كورة الجرجسيين فلمّا خرج
Et uenit trans fretum maris in regionem Geraſenorum. Et cùm exiſſet
من السفينة للوقت لقيه انسان من المقابر فيه روح
de naui, ſtatim occurrit ei homo de monumentis, in eo erat ſpiritus
نجس كان مسكنه بين القبور ولم يكن احد يقدر ان
immundus, & erat habitatio eius inter monumenta, & nemo poterat
يشدّه بالسلاسل اذا حلّ لانّه يربط دفعات كثيرة
ligare eum catenis cùm eſſet exolutus, quoniam ligatus fuerat multoties
بالقيود والسلاسل وكان يقطعها عنه ويكسر القيود
compedibus & catenis & dirumpebat eas & frangebat compedes,
ولايقدر احد ان يشدّه وفي كلّ حين ليلاً ونهارا كان
& non poterat quis ligare eum, & omni tempore nocte & die cla-
يصيح في المقابر والجبال ويتقطّع بالحجارة فلمّا رآي يسوع
mabat in monumentis & montibus & concidebat ſe lapidibus. Cùm autẽ uidiſſet Ieſũ
من بعيد بادر فسجد له وصاح بصوت عظيم و قال ما لي
à longe, cucurit & adorauit eum: & clamauit uoce magna & dixit: Quid mihi
ولك

ولك يا يسوع ابن الله العلي اقسم عليك بالله لا تعذبني
& tibi Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne torqueas me.
فقال له اخرج ايها الروح النجس من الانسان ثم قال له ما
Et dixit illi: Exi ò spiritus immunde ab homine. Deinde dixit illi: Quod est
اسمك فقال لاجاون اسمي لاننا كثير وطلب اليه
nomen tuũ? Et dixit, Legio est nomẽ meũ: quia nos plures sumus Et deprecatus est eũ
كثيرا الا يرسلهم خارجا من الكورة وكان هناك
multum, ne mitteret eos extra regionem. Et ibi



نحو الجبل قطيع خنازير كثير ترعي فطلب اليه
circa montem grex porcorum multorum pascebat: Et deprecabantur eum
الشياطين قايلين ارسلنا الي الخنازير لندخل فيها
dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut introeamus in eos.
فاذن لهم يسوع وللوقت خرجت الارواح النجسة
Et concessit eis Iesus. Et statim exierunt spiritus immundi,
ودخلت في الخنازير فتعالي القطيع كله علي كهف
& introierunt in porcos: & uenit grex uniuersa super rupem

ووقع في البحر وكانوا نحو من الفين و اختنقوا في البحر
& cecidit in mare, & erant quasi duo millia, & suffocati sunt in mari.
فهرب الرعاة واخبروا من في المدينة و الحقل فجاوا
Et fugerunt pastores, & nuntiauerunt eis qui erant in ciuitate, & in agro. Et uenerunt,
لينظروا الذى قد كان و اقبلوا الي يسوع و ابصروا ذلك
ut uiderent quod factum fuisset. Et uenerunt ad Iesum, & uiderunt illum
المجنون جالسًا لابسًا عفيفا الذي كان به لاجاون
dæmoniacum sedentem uestitum sanæ mentis, in quo erat legio:
فخافوا ثم اخبرهم الذين ابصروا كيف كان امر المجنون
& timuerũt. Deĩde narrauerũt illi, qui uiderũt, quomodo facta esset res dęmoniaci:
والخنازير فبدوا يطلبون اليه ان ينصرف من حدودهم ۞
& porcorum. Et cœperunt rogare eum, ut discederet de finibus eorum.
فلمّا صعد السفينة طلب اليه الذي كان مجنونًا ان يكون
Et cùm ascendisset nauim, deprecatus est eum qui erat dęmoniacus, ut esset
معه فلم يدعه يسوع لكن قال له امض الي بيتك
cum eo, & non admisit eum Iesus, sed dixit ei, Vade in domum tuam,
وعرفهم صنع الرب بك ورحمته ايّاك وذهب وكرز في
& ãnũtia eis opatione Domini ĩ te & misericordiã eius erga te. Et abiit, & pędicauit ĩ
العشر مدن وقال كلّما صنع به يسوع فتعجب جميعهم ۞
Decapoli, & dixit quæcumque fecisset in eo Iesus, & mirati sunt omnes illi.

الفصل السّادس عشر

Sectio decima sexta.

ولمّا جاء يسوع في السفينة الي العبر ايضا تبعه جمع
Et cùm uenisset Iesus in naui trans fretum, iterum secuta est eum turba
كبير وكان عند البحر ۞ وجاء اليه واحد من روساء
magna, & erat secus mare. Et uenit ad eum unus de Archisynagogis,
الجماعة اسمه يايرس فلمّا راه سجد عند قدميه وكان يطلب
cuius nomen erat Iairus: & cùm uidisset eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur
اليه كثيرًا قايلًا ان ابنتي قاربت الموت لكن تاتي فتضع
eum multum, dicens, Quia filia mea appropinquauit morti, sed ueni, & pone
يدك

يدك عليها فتخلص وتعيش فذهب معه وتبعه جمع
manum tuam super eam, & salua erit. & uiuet. Et abiit cum illo, & secuta est eũ turba
كبير وكانوا يزحمونه ۞ واذا امراة بها سيل دم منذ اثنتي
magna, & cõprimebant eum. Et ecce mulier cui erat profluuium sanguinis duodecim
عشرة سنة قد اضنيت من الاطبا وانفقت كلما لها ولم
annis, iam perpessa erat à medicis; & erogauerat omnia quæ erant ei, & non
تجد راحةً بل تزداد وجعًا فلمّا سمعت بيسوع جاءت
inuenerat quietem, sed addiderat dolorem. Cùm autem audisset de Iesu, uenit
في الجمع من خلفه وامسكت ثوبه قايلة ان مسست
in turbam retrò eum, & tetigit uestimentum eius, dicens, Si tetigero
ثوبه خلصت وللوقت انقطع جريان دمها فعلمت في
uestimentum eius salua ero. Et confestim cessauit cursus sanguinis eius: & cognouit in



جسمها انها برات من علّتها وعلم للوقت يسوع بالقوة
corpore suo quia ipsa sanata esset ab infirmitate sua. Et cognouit statim Iesus uirtutem
التي خرجت منه فالتفت الي الجمع وقال من مسّ ثوبي
quæ exierat ab eo, & conuersus est ad turbam, & dixit, Quis tetigit uestimẽtũ meum?

فقال له تلاميذه اما تري الجمع يزحمك وتقول من
Et dixerunt ei discipuli eius, Non uides turbam quæ comprimit te, & dicis, Quis
اقترب مني فنظر ليري تلك التي فعلت هذا فخافت
appropinquauit ad me? Et circumspexit ut uideret illam quæ fecerat hoc. Et timuit
المرأة وارتعدت حيث علمت ما صنع بها فجاءت
mulier, & tremuit ubi cognouit quod factum esset in ea: & uenit,
وخرّت علي رجليه وقالت له الحقّ فقال لها يا ابنة
& procidit ante pedes eius, & dixit ei ueritatem. Et dixit ei, Filia,
ايمانك خلّصك فامضي وتكونين معافاة من دايك
fides tua saluam fecit te: uade & sis libera à morbo tuo.
وفيما هو يتكلم جاوا الي ريس الجماعة قايلين ان
Et dum ipse loqueretur, uenerunt ad Archisynagogum dicentes, Quia
ابنتك قد ماتت لم تعني المعلّم فلمّا سمع يسوع الكلمة قال
filia tua iam mortua est: ne uexes magistrum. Cùm autem audisset Iesus uerbũ, dixit
لريس الجماعة لا تخف امن فقط ولم يدع احدًا يتبعه
Archisynagogo, Ne timeas, crede tantũmodo. Et non permisit quenquã sequi eum,
الّا بطرس ويعقوب ويوحنّا اخا يعقوب وجاء الي بيت
nisi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi. Et uenit in domum
ريس الجماعة ونظر اضطرابهم وبكايهم وولولتهم الكثيرة
Archisynagogi, & uidit turbationem eorũ, & fletum eorum, & eiulatũ eorũ multum.
فدخل وقال لهم لماذا تقلقون وتبكون الصبيّة لم
Et introiuit, & dixit eis, Quid commouemini & ploratis? puella non
تمت بل هي نايمة فضحكوا لذلك فاخرج جميعهم واخذ
est mortua, sed est dormiẽs. Et riderũt propter hoc. Et eiecit omnes eos, & assumpsit
معه ابا الصبية وامها والذين معه ثم دخل الي الموضع
secum patrem puellæ & matrem eius, & qui secum erant: Deinde ingressus est locum
الذي فيه الصبية موضوعة واخذ بيدها وقال لها
in quo erat puella posita. Et apprehendit manum eius, & dixit ei,
طليثي كوم الذي تاويله يا صبية لك اقول قومي وللوقت
Talitha cumi, cuius interpretatio est, Puella tibi dico surge. Et confestim
قامت

قامت الصبية ومشت وكان لها اثنتا عشرة سنة فبهتوا

ſurrexit puella: & ambulauit, & erant ei duodecim anni, & obſtupuerunt,

وبجبوا عظيما وامرهم كثيرا الا يعلموا احد بهذا وقال

& mirati ſunt ualdè, Et pręcepit illis uehementer ne docerent aliquem hoc: & dixit

اطعموها

Cibate eam.



الفصل السابع عشر

Sectio decima ſeptima.

وخرج من هناك وجاء الى بلدته وتبعه تلاميذه

Et exiit inde, & uenit in regionem ſuam: & ſecuti ſunt eum diſcipuli ſui.

وكان سبتا وجعل يعلم في المجمع وكثيرا كانوا يسمعون

Et erat ſabbathum, & cœpit docere in ſynagoga: & multi audiebant,

ويتعجبون قايلين من اين له هذا التعليم كله وهذه

& admirabantur dicentes, Vnde ei hæc doctrina tanta? & hæc

الحكمة التي اعطيها والقوات الكاينة علي يديه اليس هذا

ſapientia, qua donatus eſt, & uirtutes factæ per manus eius? Non ne hic eſt

ابن النجار ابن مريم اخا يعقوب و يوسا و يهوذا
filius fabri, filius Mariæ, frater Iacobi Ioseph & Iudæ
وسمعان اليس واخواته هاهنا عندنا وكانوا يشكون فيه
& Simonis? Nonne & sorores eius sunt hic apud nos? & scandalizabantur in eo.
۞ فقال لهم يسوع ليس يهان نبي الّا في بلدته وعند ذوي
Et dixit illis Iesus, Non uilipéditur propheta nisi in regione sua & apud cognatos suos
نسبه و بيته ولم يصنع هناك قوة واحدة غير مرضي
& familiares suos. Et non fecit ibi uirtutem ullam, præter infirmos
قليلين وضع يده عليهم وابراهم وعجب من عدم ايمانهم
paucos, sup quos posuit manũ suã, & curauit eos. Et miratus fuit de icredulitate eorũ,
۞ واقبل يجول القري المحيطة و يعلّم ۞ ودعا الاثني
Et sumpsit circuire castella circumstantia, & docere. Et uocauit duo-



عشر وجعل يرسلهم اثنين اثنين واعطاهم السلطان علي
decim, & cœpit mittere eos binos, & dedit illis potestatem super
الارواح النجسة وامرهم الا يأخذوا في الطريق غير عصاء
spiritus immundos. Et præcepit eis ne tollerent in uia, nisi uirgam
فقط

فقط ولا خبزاً ولا هميانا ولا فضة ولا نحاساً في مناطقهم
tantùm neque panem, neque peram, neque argentum, neque æs in zonis ſuis,
الّا احذية في ارجلهم ولا يلبسوا قميصين ✡ وقال لهم اي
ſed calceos in pedibus ſuis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dixit eis quãcumque
بيت دخلتموه فاقيموا فيه حتّى تخرجوا منه ✡ واي
domum introieritis manete in ea donec exeatis ab ea. Et quicumque
موضع لم يقبلكم ولم يسمع منكم فاذا خرجتم من هناك
locus non receperit uos, & non audierit uos, quando exieritis inde
انفضوا الغبار الذي تحت ارجلكم للشهادة عليهم ✡
excutite puluerem qui eſt ſub pedibus ueſtris in teſtimonium contra eos.
فلمّا خرجوا اكرزوا بالتوبة واخرجوا شياطين كثيرة
Cùm autem exiſſent prædicauerunt pœnitentiam, & eiecerunt dęmonia multa,
ومرضي عدة يدهنوهم بالزيت فيشفونهم ✡
& infirmos numeroſos unxerunt oleo, & ſanauerunt eos.

الفصل الثامن عشر

Sectio decima octaua.

وسمع هيرودس الملك لان اسمه كان قد ظهر وقال ان
Et audiuit Herodes rex, cùm nomen eius iam manifeſtum eſſet, & dixit, Quia
يوحنّا المعمد قام من الاموات ومن اجل ذلك القوات
Iohannes Baptiſta reſurrexit à mortuis, & propterea uirtutes
تعمل به ✡ وقال اخرون انه ايلياء واخرون انه نبي
operantur in illo. Et dixerunt alii quia ipſe eſt Elias. Et alii quia ipſe eſt propheta
كواحد من الانبياء فلمّا سمع هيرودس قال انا قطعت
ueluti unus ex prophetis. Cùm autem audiſſet Herodes, dixit, Ego truncaui
راس يوحنّا وهوذا قد قام من الاموات ✡ لان هيرودس
caput Iohannis, & ecce reſurrexit à mortuis. Quoniam Herodes
كان ارسل واخذ يوحنّا وحبسه من اجل هيروديا امراة
miſerat, & acceperat Iohannem, & carceribus tenuerat eũ propter Herodiadẽ uxorem
اخيه فيلبس لانّه كان قد تزوجها ✡ فقال له يوحنّا ما
fratris ſui Philippi, quia ipſe duxerat eam. Et dixerat ei Iohannes, Non

تحلّ لك ان تاخذ امرأة اخيك وكانت هيروديا حنقه
licet tibi accipere uxorem fratris tui. Et Herodias insidiabatur
عليه تريد قتله ولم تقتدر لان هيرودس كان يخاف من
illi, uolebat occisionem eius, & non poterat quoniam Herodes timebat
يوحنّا لانّه يعلم انه رجل صدّيق قديس ويحفظه
Iohannem quia sciebat ipsum esse uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum,
ويسمع منه كثيرا بشهوة وكان يوم من الزمان جآء
& audiebat ab eo multa cum uoluptate. Et fuit dies temporis quo uenit
لهيرودس ميلاده فصنع وليمةً لعظمايه وراوسايه
ad Herodem natale eius & fecit conuiuium maioribus suis, & principibus suis,
ومقدمي الجليل ودخلت ابنة هيروديا ورقصت
& primis Galilææ. Et introiuit filia Herodiadis, & saltauit,
فوافق ذلك هيرودس وجلسايه فقال الملك للصبية
& placuit illud Herodi, & recumbentibus suis: & dixit rex puellæ
سليني ما اردت فاعطيك وحلف لها انني اعطيك
Pete à me quod uis & dabo tibi: & iurauit illi Quia ego dabo tibi
ماسألت ولوكان نصف ملكي فخرجت وقالت لامها ايّ
quod petieris, etiam si fuerit dimidium regni mei. Et exiit & dixit matri suæ, Quam
شيٍّ اساله فقالت راس يوحنّا المعمداني فرجعت للوقت
rem petam ab eo? Et dixit, Caput Iohannis Baptistæ, & reuersa est statim
مسرعة الى الملك وسألت قايلة اريد ان تعطيني على
festinans ad regem, & petiit dicens, Volo ut des mihi in
طبق راس يوحنّا المعمداني فحزن الملك ومن اجل
disco caput Iohannis Baptistæ. Et contristatus est rex, & propter
اليمين والمتكيين لم يرد منعها فانفذ سيّافاً من ساعته
iusiurandum & discumbentes noluit negare ei, & misit spiculatorem ex illa hora
وامران يوتى براسه في طبق فضي وقطع راسه في الحبس
& præcepit ut afferret caput eius in disco, & abiit & truncauit caput eius in carcere,
وجآء به في طبق واعطاه للصبية واخذته الصبية
& attulit illud in disco, & dedit illud puellæ, & accepit illud puella
ودفعته

و دفعته لامّها وسمع تلاميذه فجآوا ورفعوا جثته
& dedit illud matri suę. Et audierunt discipuli eius, & uenerũt & tulerũt cadauer eius,



و يجعلوها في قبر ۞ واجتمع الرسل الى يسوع فاخبروه
& posuerũt illud in monumẽto. Et conuenerunt apostoli ad Iesum, & nũtiauerunt ei
بجميع ما عملوا وعلموا ۞ فقال لهم تعالوا وحدكم الى
omnia quæ fecerant & docuerant. Dixit autem eis, Venite seorsum uos in
القفر لتستريحوا قليلا لان الذين ياتون و يذهبون
desertum ut quiescatis pusillum, quoniam qui ueniebant & ibant
كثير ولم يكونوا يقدرون على الاكل ۞
erant multi, & non poterant manducare.

الفصل التاسع عشر
Sectio decima nona.

فذهبوا في السفينة الى برية فلما نظروهم ذاهبين عرفهم
Et abierunt in naui in desertum, & cùm uidissent eos abeuntes cognouerunt eos
كثير فاسرعوا اليهم من كل المدن واقبلوا اليهم ۞ فلما
multi & cucurrerunt ad eos ex omni ciuitate, & præuenerunt eos. Et cùm

خرج يسوع ابصر جمعًا كثيرًا فتحنن عليهم لانهم كانوا

exiſſet Ieſus uidit turbam multam, & miſertus eſt ſuper eos, quia illi erant

كخراف ولا راع لها فبدا يعلّمهم كثيرًا ۞ وبعد ساعات

ſicut oues, quibus non erat paſtor, & cœpit docere eos multa. Et poſt horas

كثيرة جآء تلاميذه اليه وقالوا المكان قفر والوقت

multas uenerunt diſcipuli eius ad eum, & dixerunt, Locus eſt deſertus, & hora

قرب اطلقهم ليذهبوا الى القري والمدن التي حولنا

appropinquauit, dimitte illos, ut eant ad uillas & ciuitates quæ circum nos ſunt,

ليبتاعوا لهم خبزًا لانه ليس لهم ما ياكلون فقال لهم

ut emant ſibi panem, quia non eſt eis quod manducent. Et dixit eis

اعطوهم انتم لياكلوا فقالوا نمضي ونبتاع خبزًا بمايتي

Date illis uos ut manducent. Et dixerunt, Ibimus, & ememus panem ducentis

دينار ونعطيهم لياكلوا فقال لهم كم عندكم من الخبز

denariis, & dabimus illis ut manducent, & dixit illis, Quot apud uos ſunt panes?



اذهبوا وانظروا فلمّا علموا قالوا خمس وسمكتان فامرهم

ite & uidete, Et cùm ſciuiſſent dixerunt, Quinque & duo piſces, & præcepit eis

باجلاس

باجلاس الجمع احزابًا احزابًا علي العشب الاخضر فجلسوا
ut facerent sedere turbam per turmas super fenum uiride. Et sederunt
رفاقًا رفاقًا مايةً وخمسين خمسين واخذ خمس الخبزات
secundum contubernia centeni & quinquageni Et accepit quinqe panes,
والحوتين ونظر الي السماء وبارك وكسر الخبز ودفع الي
& duos pisces: & aspexit in cœlum, & benedixit, & fregit panem, & dedit
تلاميذه ليقدّموا اليهم وقسم الحوتين للجميع فاكلوا
discipulis suis ut ponerent ante eos: & diuisit duos pisces omnibus. Et mãducauerũt
جميعًا وشبعوا ورفعوا من الكسر اثني عشر زنبيلًا ومن
omnes, & saturati sunt. Et substulerunt ex fragmentis duodecim cophinos: & de
السمك وعدد الاكلين خمسة الف رجل ۞
piscibus, Et numerus manducantium fuit quinqe milia uirorum.

الفصل العشرون

Sectio uigesima.

وللوقت كلّف تلاميذه ان يركبوا السفينة وان يسبقوه
Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, & pręcedere eum
الي العبر عند بيت صيدا ليطلق هو الجماعة ۞ فلمّا
trans fretum ad Beth-saida: ut dimitteret ipse turbam Et cùm
ودعهم ذهب الي الجبل ليصلي ۞ فلمّا كان المساء كانت
dimisisset eos, abijt in montem ut oraret. Et cùm esset sero, erat
السفينة وسط البحر وهو وحده علي الارض فلمّا رآهم
nauis in medio maris, & ipse solus in terra. Et cùm uidisset eos
متعبين لان الريح كانت من قدّامهم فوافاهم في الهجعة
laborantes, quia uentus erat contra eos, uenit ad eos in uigilia
الرّابعة من الليل ماشيًا علي البحر وكان يريد يسبقهم
quarta noctis ambulans super mare: & uolebat pręterire eos.
فلمّا رآوه يمشي علي البحر ظنّوه خيالًا فصاحوا لانهم
Et cũ uidisset eũ ãbulare sup mare, putauerũt esse phãtasma, & exclamauerũt, Qm̃ ipsi
ابصروه كلهم واضطربوا فخاطبهم قايلًا لهم ثقوا انا هو
uiderũt eũ omnes, & cõturbati fuerũt. Et locutus est eis, dicẽs eis. Estote fortes ego sũ:

لاتخافوا ۞ وصعد معهم في السفينة فسكتت الريح فبهتوا
ne timeatis. Et ascendit ad illos in nauim, & quieuit uentus. Et stupuerunt,
وتعجبوا ولم يفهموا امر الخبز لان قلوبهم كانت ثقيلة
& mirati sunt. Et non intellexerunt de pane, quoniam corda eorum erant grauata.



فلمّا عبروا جاوا الى ارض جاناشر وارسوا ۞ وخرجوا من
Et cùm transfretassent uenerunt in terrã Genezareth, & applicuerunt. Et exierunt de
السفينة وللوقت عرفه اهل تلك البلاد كلّها واسرعوا
naui, & continuò cognouerunt eum incolæ illius regionis omnes, & cucurrerunt
بالمرضي علي الأسرة الى حيث يسمعون انهُ هناك من
cum infirmis in grabatis ubi audiebant quòd ipse esset ibi de
قري اومدن اوحقول ويضعون المرضي في الاسواق
castellis uel ciuitatibus, uel agris, & ponebant infirmos in plateis,
ويطلبون اليه ان يلمسوا طرف ثوبه وكلّ من لمسه خلص ۞
& deprecabãt eũ ut tãgerẽt fimbriã uestimẽti eius, & qcũque tetigit eũ saluus factus est

الفصل الحادي والعشرون
Sectio uigesima prima.

ثم اجتمع اليه الفريسيون وبعض الكتبة الذين جاوا
Deinde conuenerunt ad eum Pharisęi & quidam Scribę, qui uenerunt
من يروشليم فلما نظروا الي قوم من تلاميذه ياكلون الطعام
ab Ierosolymis. Et cùm uidissent quosdam ex discipulis eius comedere cibum
بغير غسل ايديهم لان الفريسيون وكل اليهود لا ياكلون
absque lotione manuum eorum, Quoniam Pharisęi & omnes Iudęi non manducant
الا بغسل ايديهم تمسكا بتعليم شيوخهم والذي يشترونه
nisi cum lotione manuum suarum, tenentes doctrinam seniorũ suorũ: & quod emunt
من الاسواق ان لم يغسلوه لا ياكلونه واشياء اخر كثيرة
à plateis, si non lauent illud non comedunt illud, & res alias multas
تمسكوا بها من غسل كووس واواني و قصاع واسرة ساله
tenuerũt eas ex lotione calicũ, & urceorũ, & paropsidũ, & lectorũ, interrogauerũt eũ
الكتبة والفريسيون لم تلاميذك لا يسيرون على ما
Scribę & Pharisæi Quare discipuli tui non ambulant iuxtà illud quod
اوصت به المشيخة بل ياكلون بغير غسل ايديهم
tradiderunt seniores, sed comedunt absque lotione manuum suarum?
فاجابهم يسوع قايلا نعما تنبي عليكم اشعياء النبي ايها
Respondit autem eis Iesus, dicens, Benè prophetauit de uobis Isaias prophæta ò
المراوون كما هو مكتوب ان هذا الشعب يكرمني
hypocritæ, sicut est scriptum. Quia hic populus honorat me
بشفتيه و قلبه بعيد مني باطلا يعبدونني و تعلمون
labiis suis, & cor eius longè est à me. In uanum colunt me, & docent
تعليم وصايا الناس وتركتم وصايا الله وتمسكتم بوصايا
doctrinam præcepta hominum, Et reliquistis mandata Dei, & tenetis præcepta
الناس من غسل كووس واواني واشياء اخر كثيرة تشبه
hominum ex lotione calicum & urceorum: & res alias multas quæ similia sunt
هذه تصنعون وقال لهم جيدا تركتم وصايا الله وحفظتم
his facitis. Et dixit eis, Benè reliquistis mandata Dei, & seruastis
سننكم موسي قال اكرم اباك وامك ومن قال كلمة شر
statuta ũra. Moyses dixit, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã; & qcũq̃ dixerit uerbũ malũ

في ابيه او امه فيموت موتًا وانتم تقولون ان قال انسان
in patrem suum & matrem suam moriatur morte. Vos autem dicitis, Si dixerit homo
لابيه اولأمه ✡ كلّ قربان الذي هو مني ينفع لك ولا
patri suo aut matri suæ, Quodcumque munus quod est ex me proderit tibi, & non
تمكنونه يصنعه لابيه ولأمّه وابطلتم كلام اللّه الذي
permittitis eum facere illud patri suo & matri suæ, & uanum fecistis uerbum Dei, quo
اعطيتم لاجل وصيتكم التي اوصيتم و تفعلون كثيرًا
donati estis per traditionem uestram, quam tradidistis: & facitis multa
مثل هذا ثم دعا الجمع الكبير و قال لهم اسمعوا مني كلكم
similia his. Deinde uocauit turbam magnam & dixit eis, Audite me omnes uos,
وافهموا ليس شيء خارج من الانسان يدخل في فيه
& intelligite. Nihil est extra hominem quod intrat in os eius
يقدر ان ينجسه لكن الذي يخرج من فم الانسان هولاء
quod possit coinquinare eum, sed quæ exeunt ab ore hominis illa sunt
ينجسون الانسان من له اذنان سامعتان فليسمع ✡
quæ coinquinant hominem. Qui habet aures audientes audiat.
فلمّا دخلوا الى البيت عن الجمع ساله تلاميذه عن
Et cùm introissent in domum à turba interrogauerunt eum discipuli eius de
المثل فقال لهم وانتم ايضًا لم تفهموا ان كلّ ما كان خارجًا
parabola. Et dixit eis, Et uos quoque non intellexistis quia omne quod est extra,
يدخل الى فم الانسان لا يقدر ان ينجسه لانه لا يصل
quod intrat in os hominis, non potest coinquinare eum: quoniam non pertingit
الى القلب بل الجوف و يذهب الي خارج فينقي كلّ
ad cor, sed in uentrem & uadit foras & mundat omnes
الاطعمة و قال الذي يخرج من فم الانسان هو الذي
escas. Et dixit, Quod exit ab ore hominis est quod
ينجّس الانسان لانه من داخل قلبه يخرج افكار سو
coinquinat hominem. Quoniam ab intus cordis eius exeunt cogitationes malæ,
فجور زناء قتل سرقة شر غشّ فسق عين شريرة
peccata, fornicatio, homicidium, furtum, nequitia, dolus, adulteriū, oculus malus,
تجديف

تجديف تعاظم القلب جهل هذا كلّه شر من داخل
blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. Hęc omnia mala ab intus
يخرج فينجس الانسان
procedunt & coinquinant hominem.

الفصل الثاني والعشرون
Sectio uigeſima ſecunda.

ثم قام من هناك وذهب الي تخوم صور وصيدا ودخل
Deinde ſurrexit inde & abiit in fines Tyri & Sydonis: & ingreſſus eſt
الي بيت واراد الّا يعلم به احد فلم يقدر ان يختفي فلمّا
domum & uoluit ne ſciret illud aliquis, & non potuit latere. Cùm enim
سمعت امرأة بخبره وكان مع ابنة لها روح نجس جاءت
audiſſet mulier famam eius, & filia eius haberet ſpiritum immundum, uenit
اليه وسجدت قدّام قدميه وكانت يونانية سورية وجنسها
ad eum, & adorauit ante pedes eius. Et erat Gręca Syriaca, & genus eius



من فينقية وسالته ان يخرج الشيطان من ابنتها فقال
ex Phinicia. Et rogauit eum ut eiiceret dęmonium de filia ſua. Et dixit

لها دعي البنين حتى يشبعوا اولا لا يحسن ان يوخذ خبز
ei, Sine filios ut saturentur prius: non est bonum ut sumatur panis
البنين فيدفع للكلاب فاجابت وقالت له نعم يارب
filiorum & mittatur canibus. Respondit autem & dixit ei, Vtique Domine,
والكلاب ايضًا ياكل مما يسقط من المايدة من فتات
& canes etiam comedunt quod cadit de mensa de micis
الاطفال فقال لها من اجل هذه الكلمة اذهبي قد خرج
puerorum. & dixit ei, Propter hoc uerbum, Vade, iam exiit
الشيطان من ابنتك فذهبت الي بيتها ووجدت
dęmonium à filia tua. Et abijt in domum suam, & inuenit
الصبية علي السرير والشيطان قد خرج منها ☼
puellam super lectum, & dęmonium iam exierat ab ea.

الفصل الثالث والعشرون

Sectio uigesima tertia.

وخرج ايضًا من التخمة صور وجاء الي صيدا وبحر
Et exijt iterum de finibus Tyri & uenit in Sydonem & mare
الجليل والي وسط التخمة عشر المدن فجاوا اليه باخرس
Galilęę, & in medium finium Decapoleos. Et adduxerunt ad eum mutum
اصمّ فطلبوا اليه ان يضع يده عليه فاخرجه وحده
surdū: & deprecati sunt eum ut imponeret manū suā super eū, Et eduxit eum seorsum
من الشعب وترك اصابعه في اذنيه وتفل ثم مسّ لسانه
de populo, & posuit digitos suos ĩ auriculas eius: & expuit, postea tetigit linguā eius.
ونظر الي السماء وتنهد وقال افاثا الذي هو انفتح وللوقت
Et aspexit in cœlum, & ingemuit, & dixit, Ephphetha, quod est, Adaperire. Et statī
انفتح سمعه وسمع وانحلّ رباط لسانه وتكلم مستويًا
apertus est auditus eius, & audiuit, & solutū est ligamẽ linguę eius, & loquebat̃ rectè.
واوصاهم الّا يقولوا لاحد شيا فامّاهم فكانوا يكرزون كثيرًا
Et pręcepit eis ne dicerent alicui quicquam. At illi predicabant magis
ويبهتون جدًّا ☼ قايلين ما احسن كل شيء يصنع
& stupebant ualdè dicentes, Quàm bene omnia fecit,
جعل

جعل الخرس يتكلمون والصم يسمعـــون ✡
fecit mutos loqui, & surdos audire.

الفصل الرابع والعشرون

Sectio uigesima quarta.

وفي تلك الايام ايضاً وافته جموع كثيرة ولم يكن لهم
Et in illis diebus iterum uenerunt ad eum turbę multę, & non erat eis
ما ياكلون فدعا تلاميذه وقال لهم انا اترآف علي هذا
quod comederent: Et uocauit discipulos suos, & dixit illis, Ego misereor super hanc
الجمع لان لهم معي ثلثة ايام مقيمون وليس لهم ما ياكلون
turbam: quoniã ipsi sunt mecũ tribus diebus stantes, & non est eis quod manducent:
وان انا اطلقتهم الي منازلهم بلا طعام ضعفوا في الطريق
& si ego dimisero eos in mansiones suas sine cibo, deficient in uia:



لان منهم من جاءَ من بعيد فاجابه تلاميذه من يقدر
qm̃ ex eis sunt qui uenerunt de longe. Et respõderunt ei discipuli eius, Quis poterit
ها هنا يشبع هولآء خبزاً في البرّية فسالهم كم عندكم
hic saturare istos pane in deserto? Et interrogauit eos, Quot apud uos sunt

من الخبز فقالوا له سبعة فامر الجمع ان يتكيوا على
panes? Et dixerunt ei, Septem, Et pręcepit turbę diſcumbere ſuper
الارض و اخذ سبع الخبزات و بارك و كسر و اعطي
terram. Et accepit ſeptem panes, & benedixit, & fregit, & dedit
للتلاميذ لكيما يقدّموا و يتركوا للجموع وكان معهم ايضًا
diſcipulis, ut apponerent, & relinquerent turbis. Et erant cum eis etiam
سمك قليل فبارك عليه وامر ان يقدّموا لهم فاكلوا
piſces pauci: & benedixit eos & pręcepit ut apponerent eis. Et manducauerunt,
وشبعوا وجمعوا من الكسر سبع قفاف وكان الذي اكل
& ſaturati ſunt: & collegerũt de fragmẽtis ſeptem cophinos. Et erãt qui mãducauerãt
اربعة الف و اطلقهم ۞
quatuor millia, & dimiſit eos.

الفصل الخامس والعشرون

Sectio uigeſima quinta.

ومن ساعته ركب السفينة مع تلاميذه وجآء الي نواحي
Et ſtatim aſcendit nauim cum diſcipulis ſuis, & uenit in partes
دلمانوثا ۞ فخرج الفريسيون وبدوا يسألونه ويطلبون
Dalmanutha. Et exierunt Phariſęi, & cæperunt interrogare eum, & quęrere
منه اية من السمآء ليجرّبوه فتنهد بالرّوح و قال لماذا
ab illo ſignum de cælo, ut tentarent eum. Et ingemuit ſpiritu, & dixit, Quid
يلتمس هذا الجيل اية ۞ الحقّ اقول لكم ليس يعطي
quęrit hęc generatio ſignum? Amen dico uobis non dabitur
هذا الجيل اية ۞ وتركهم ايضًا وركب السفينة ومضي
huic generationi ſignum. Et dimiſit eos iterum, & aſcendit in nauim, & abijt
الي العبر ونسوا ان ياخذوا معهم خبزا ولم يكن معهم في
trans fretum. Et obliti ſunt accipere ſecum panem: & non erat cum eis in
السفينة شئ سوي رغيف واحد ۞ فوصاهم وقال لهم
naui quicquam præter panem unum. Et præcepit eis, & dixit eis,
انظروا وميّزوا خمير الفرسيين وخمير هيرودس ۞ فجعلوا
Videte & diſcernite fermentum Phariſæorum, & fermentum Herodis. Et poſuerunt
يفكرون

يفكرون قايلين ان ليس معهم خبز فلمّا علم قال لهم
cogitare dicentes, Quia non erat cum eis panis. Et cùm cognouiſſet, dixit eis,
لماذا تفكرون انه ليس معكم خبز اما تعلمون ولا
Quid cogitatis, quia non eſt uobiſcum panis? Non ſcitis, neque
تفهمون قلوبكم ثقيلةٌ واعينكم لا تبصر ولكم سمع فلا
intelligitis? corda ueſtra grauata ſunt? oculi ueſtri nõ uident? & uobis eſt auditus & nõ
تسمعون اما تذكرون خمس الخبزات التي كسرتها
auditis? Non recordamini qninque panum quos fregi
لخمسة الف وكم مخضنًا اخذتم كسرًا فقالوا اثني عشر
quĩque millibus: & quot cophinos ſumpſiſtis fragmentorum? Et dixerunt duodecim,
والسبع لاربعة الف وكم قفة اخذتم كسرًا فقالوا سبعًا
Et ſeptẽ quatuor millibus? & quot cophinos ſumpſiſtis fragmẽtorũ? Et dixerũt, Septẽ.
فقال لهم لماذا لا تفهمون ✿
Et dixit eis, Quare non intelligitis?

الفصل السادس والعشرون

Sectio uigeſima ſexta.

ثم جاوا الي بيت صيدا فقدموا اليه اعمي وطلبوا منه
Deinde uenerunt Beth-ſaidam: & obtulerunt ei cæcum, & rogauerunt eum
ان يلمسه فاخذ بيد الاعمي واخرجه خارجًا من القرية
ut tangeret illum. Et accepit manum cœci, & eduxit eum extra uillam:
وتفل في عينيه ووضع يده عليه وسأله ماذا تنظر
& expuit in oculos eius, & poſuit manũ ſuã ſuper eum, & ĩterrogauit eũ, Quid uides?
فقال انظر الناس مثل الشجر يمشون فوضع يده ايضًا
Et dixit, Video homines uelut arbores ãbulantes. Et impoſuit manum ſuam iterum
علي عينيه فابصر جيدًا وبرا ونظر الي كلّ شيٍ ظاهرًا
ſuper oculos eius: & uidit benè, & ſanatus eſt, & reſpexit in omnes res clarè,
وارسله الي بيته قايلًا لا تدخل القرية ولا تقل لاحد
Et miſit illum in domum ſuam dicens, Ne ingrediaris uillam, neque dicas alicui
من القرية شيا ✿
de uilla quicquam.

الفصل السّابع والعشرون

Sectio uigeſima ſeptima.

فخرج يسوع و تلاميذه الي قري قيسارية فيلبس و في
Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi; & in
الطريق سأل تلاميذه ماذا تقول الناس اني انا قالوا قوم
uia interrogauit diſcipulos ſuos. Quem dicũt homines me eſſe? Dixerunt, Aliqui
يقولون يوحنّا المعمداني واخرون ايليا واخرون
dicunt Iohannem Baptiſtam, & alii Eliam, & alii
واحد من الانبياء فقال لهم فانتم ماذا تقولون اني انا ✡
unum ex prophetis. Et dixit eis, Vos autem quem dicitis me eſſe?
اجاب بطرس وقال انت هو المسيح فمنعهم ان يقولوا لاحد
Reſpondit petrus & dixit, Tu es Chriſtus. Et prohibuit eis dicere alicui
شيا من اجله و بدا يعلّمهم ان ابن الانسان يولم كثيرا
quicquam de illo. Et cæpit docere eos quia filius hominis paſſurus erat multa,
و يرذل من المشيخة و روساء الكهنة و الكتبة و يقتلونه
& reprobaturus à ſenioribus, & prĩcipibus ſacerdotũ, & Scribis, & quia occidẽt eũ,
و في اليوم الثالث يقوم وعلانية كان يقول هذا ✡
& in die tertia reſurget. Et palam dicebat hoc.
فامسكه بطرس وجعل يمنعه فالتفت ونظر الي تلاميذه
Et apprehẽdit eũ Petrus, & cæpit cõtradicere ei. Et cõuerſus eſt & reſpexit ĩ diſcipulos
وزجر بطرس وقال له اذهب خلفي ياشيطان لانك لا
ſuos, & comminatus eſt Petro, & dixit ei, Vade retrò me Satana quia non
تفكر في ذات الله لكن في ذات الناس ✡ ودعا الجمع
cogitas quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum. Et uocauit turbam
وتلاميذه وقال لهم من اراد ان يتبعني فليكفر بنفسه
& diſcipulos ſuos, & dixit eis. Quicumque uoluerit ſequi me, abneget ſemet ipſum:
و ليحمل صليبه و يتبعني ومن اراد ان يخلّص نفسه
& portet crucẽ ſuã & ſequatur me. Et quicumque uoluerit ſaluã facere animam ſuam,
فهو يهلكها و من اهلك نفسه من اجلي ومن اجل
ipſe perdet eam: & quicumque perdiderit animam ſuam propter me & propter

بشارتي

بشارتي فهو يخلّصها ماذا ينفع الانسان لو ربح العالم
Euangeliũ meũ, ipſe ſaluã faciet eã. Quid proderit homini, ſi lucratus fuerit mundum
باسره وخسر نفسه او ماذا يعطي الانسان فدآء لنفسه ✡
totũ: & perdiderit animã ſuam? Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua?
كلّ من استحيا ان يعترف بي وبكلامي في هذا الجيل
Quicumque confuſus fuerit confiteri me, & uerba mea in hac generatione
الفاسق الخاطي فابن الانسان يفضحه اذا جآء بمجد
adultera, & peccatrice: filius hominis opprobrio dabit eum cùm uenerit in gloria
ابيه وملايكته المقدسين ✡ وقال لهم الحقّ اقول لكم
patris ſui, & angelis ſuis ſanctis. Et dixit eis, Amen dico uobis,
ان هاهنا قومًا من القيام لا يذوقون الموت حتى يعاينوا
quia ſunt hic aliqui ex ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec uideant
ملكوت الله تاتي بقـــــــــــــــــوّة ✡
regnum Dei ueniens in uirtute.

الفصل الثامن والعشرون

Sectio uigeſima octaua.

وبعد ستة ايام اخذ يسوع بطرس ويعقوب ويوحنّـــا
Et poſt ſex dies aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, & Iohannem:
واصعدهم الى جبل عال منفردين وتجلّي قدامهم
& fecit aſcendere eos in montem excelſum ſolos & apparuit glorioſus coram eis.
وكانت ثيابه تلمع بيضًا جدًّا الذي لا يقدر مبيض على
Et ueſtimenta eius ſplendebant alba nimis, quę non poteſt fullo ſuper
الارض ان يبيّض كذلك ورُئي لهم موسي وايليـــآء
terram albificare ſimiliter. Et apparuit eis moyſes & Elias,
يخاطبان يسوع اجاب بطرس وقال ليسوع يامعلم حسنًا
qui loquebantur cum Ieſu. Reſpondit Petrus, & dixit Ieſu; Magiſter bonum eſt
بنا ان نقيم هاهنا ونصنع ثلث مظـــال لك واحده
nobis ut ſtemus hic: & faciamus tria tabernacula, tibi unum,
ولموسي واحده ولايليآ واحده ولم يكن يدري ما يجيب
& Moyſi unum, & Eliæ unum. Et neſciebat quid reſpondiſſet:

لانهم كانوا متخوفين وسحابة ظللتهم وكان صوت من السحابة
quoniam erant exterriti. Et nubes obumbrauerat eos: & facta est uox de nube:
هذا ابني الحبيب فاسمعوا له ونظروا بغتة فلم يروا الا
Hic est filius meus dilectus, igitur audite illum. Et respexerūt statī, & nō uiderunt nisi
يسوع وحده معهم وبينما هم نازلون من الجبل امرهم الّا
Iesum solum cum eis. Et dum essent descendentes de monte, præcepit illis ne



يخبروا احدًا بشي مما راوه حتّى يقوم ابن الانسان من بين
narrarēt alicui quicquā de eo quod uiderāt, donec resurgeret filius hominis de medio
الاموات ❁ فامسكوا الكلمة فيهم قايلين ما هو هذا القيام
mortuorum. Et tenuerunt uerbum in se: dicentes, Quid est hæc resurrectio
من بين الاموات ❁ وسالوه قايلين لم تقول الكتبة ان
de medio mortuorum? Et interrogauerunt eum dicentes; Quare dicunt Scribę quia
ايلياء ياتي اولًا ثم قال لهم ان ايلياء قد جاء اولًا واعدل
Elias ueniet prius? Et dixit illis, Quia Elias iam uenit prius, & adæquauit
كلّ شيء وما هو مكتوب علي ابن الانسان انه يتوجع
omnia. Et quid est quod scriptum est de filio hominis quia ipse doloribus afficietur
كثيرا

كثيرًا و يرذل لكن اقول لكم ان ايليا قد جاء وصنعوا
multis, & contemnetur? Sed dico uobis Quia Elias iam uenit & fecerunt
به ما احبوا كما هو مكتوب من اجله ۞
illi quodcumque uoluerunt ſicut ſcriptum eſt de eo.

الفصل التاسع والعشرون
Sectio uigeſima nona.

وجاء الى التلاميذ ابصر جمعًا كثيرا حولهم وكتبة
Et uenit ad diſcipulos ſuos, uidit turbam plurimam circa eos & Scribas
يسايلونهم فلمّا رآته الجموع خافوا واسرعوا اليه ليسلموا
q̄ cōq̄rebāt cū eis. Cū autē uidiſſēt eū turbę timuerūt, & cucurrerūt ad eū ut ſalutarēt
عليه فسال الكتبة ماذا تطلبون منهم ۞ اجاب واحد
eum, & interrogauit Scribas Quid quęritis ab eis? Reſpondit unus
من الجمع و قال يامعلّم قد اتيتك بابني وبه روح ابكم
de turba & dixit. Magiſter attuli ad te filium meum & in eo eſt ſpiritus mutus,
وحيث ما ادركه صرعه وازبده وصرّر اسنانه وتركه
& q̄n apprehēdit eū allidit eū & ſpumare facit eū & ſtridere facit dētes eius, & dereli-
يابسًا وقلت لتلاميذك ان يخرجوه فلم يقدروا فاجاب
quit eum aridum, & dixi diſcipulis tuis ut eiicerent eum, & nō potuerūt. Et reſpōdit
وقال لهم ايها الجيل غير المومن الى متى اكون معكم وحتّى
& dixit eis, O generatio incredula quamdiu ero uobiſcum, & uſque
متى احتملكم اتيوني به فقدّموه اليه فلمّا رآه الروح من
quādo patiar uos? Adferte ad me illū, & attulerūt eū ad illum. Et cùm uidiſſet eū ſpūs
ساعته صرعه وسقط على الارض متضربا مزبدًا ثم قال
ſtatim alliſit eum, & cecidit in terram percutiens, ſpumans. Et dixit
لابيه من كم سنة اصابه هذا فقال له منذ صبايه ومرارًا
patri eius Quātum temporis eſt ex quo ei accidit hoc? & dixit ei, ab infantia & multo-
كثيرة يلقيه في النار وفي الماء ليهلكه لكن ما
ties proiicit eum in ignem & in aquam ut perdat eum, Sed ſi
استطعت اعنّا وتحنّن علينا فقال له يسوع ما هو قولك
potes adiuua nos & miſerere ſuper nos. Et dixit ei Ieſus, Quod eſt uerbum tuum

ما استطعت عليه كلّ شئ يستطاع للمومن فصاح ابو
Si potes ſuper eum? Omnia poſſibilia ſunt credenti, & exclamauit pater
الصبي من ساعته بدموع وقال انا اومن فاعن ضعف
pueri ſtatim cum lacrimis, & dixit, Ego credo: adiuua debilitatem
ايماني فلمّا رآي يسوع تكاثر الجمع انتهر الروح النجس وقال
fidæi meę. Et cũ uidiſſet Ieſus multitudinẽ turbę cõminatus eſt ſpiritui ĩmũdo, & dixit
ايها الرّوح الأصّم غير الناطق انا امرك ان تخرج منه
O ſpiritus ſurde mute, ego pręcipio tibi ut exeas ab eo,



ولا تدخل فيه فصرخ ولبطه كثيرًا وخرج منه وصار
& ne intres in eum, & exclamauit & diſcerpſit eum multùm, & exiit ab eo & factus eſt
كالميت وقال كثيرًا انّه قدمات وان يسوع امسك بيده
ſicut mortuus. Et dixerunt multi quia mortuus eſt. Et Ieſus tenuit manum eius,
واقامه فوقف ودخل الي بيته ✠
& erexit eum, & ſtetit, & introiuit in domum ſuam.

الفصل الثلثون

Sectio trigeſima.

فلما دخل

فلمّا دخل الي البيت سأله تلاميذه وحدهم كيف لم
Et cùm introiſſet in domum interrogauerunt eum diſcipuli eius ſeorſum, Quare non
نقدر علي ان نخرجه فقال لهم هذا الجنس لايسطاع
potuimus eiicere eum? & dixit illis. Hoc genus non poteſt
ان يخرج بشيء الّا بالصلاة والصوم ✿ وخرج من هناك
eiici in aliquo, niſi in oratione & ieiunio. Et exierunt inde
مجتازاً بالجليل ولم يحب ان يعلم احد وعلّم تلاميذه
tranſeuntes per Galilæam, & noluit ut ſciret quiſpiam, & docuit diſcipulos ſuos
وقال لهم ان ابن الانسان يسلم في ايدي الناس ويقتلونه
& dixit eis, Quoniam filius hominis tradetur in manibus hominum & occident eum
وفي اليوم الثالث يقوم وكانوا غير فهمين لهذا الكلام
& in die tertia reſurget, & non intelligebant hoc uerbum
وخافوا ان يسالوه ✿ وجاء الي كفرناحوم وكان في
& timuerunt interrogare eum. Et uenerunt in Capharnaum, & erat
البيت فسالهم ما الذي كنتم في الطريق تفكّرون
domi, & interrogauit eos, Quid eſt quod in uia cogitabatis?
فسكتوا ✿ لأنهم كانوا يقولون في الطريق من هو
Et tacuerunt, quoniam dicebant in uia, Quis eſſet
العظيم فيهم فجلس ودعي الأثني عشر وقال لهم من اراد ان
maior inter eos. Et ſedit & uocauit duodecim, & dixit eis, Qui uoluerit
يكون اول فليكن اخر الكلّ وخادماً للجميع واخذ
eſſe primus, ſit ultimus omnium & miniſter omnium. Et accepit
صبيًا واقامه في وسطهم وامسكه وقال لهم كلّ من يقبل
paruulum, & cõſtituit eũ ĩ medio eorũ & tenuit eum, & dixit eis, Quicũque receperit
مثل هذا الصبي باسمي فقد قبلني ✿ ومن يقبلني فليس
ſimilem huic paruulo in nomine meo recipit me. Et qui ſuſcipit me non
يقبلني فقط بل والذي ارسلني ✿ فقال له يوحنّا يا معلم
ſuſcipit me tantùm, ſed & qui miſit me. Et dixit ei Iohannes, Magiſter
رأينا واحد يخرج الشياطين باسمك فمنعناه لانه لم
uidimus quendam qui eiicit dæmonia in nomine tuo. & prohibuimus eũ, quia ipſe nõ

يتبعنا قال لهم يسوع لا تمنعوه ليس يصنع احد قوة باسمي
ſequebat̃ nos. Dixit eis Ieſus, Ne prohibeatis eum, nō facit aliquis uirtutē in noīe meo
ويقدر سريعًا ان يقول علي الشر كل من ليس عليكم فهو
& poteſt cito loqui contra me malum. Quicumque enim non eſt contra uos ipſe eſt



معكم ✡ ومن سقاكم كاس ماء باسم انكم للمسيح الحق
uobiſcum. Et q. dederit potum uobis calicē aquæ in noīe quia uos eſtis Chriſti, Amen
اقول لكم ان اجره لا يضيع ✡ ومن شككك احد هولاء
dico uobis quia merces eius non perdetur. Et qui ſcandalizauerit unum iſtorum
الصغار المومنين بي خير له ان يعلق حجر الرحي في عنقه
paruulorum credentium in me: bonum eſt ei ſi ſuſpendatur lapis molaris in collo eius
ويطرح في البحر ✡ ان شككتك يدك فاقطعها فخير
& proijciatur in mare. Si ſcandalizauerit te manus tua abſcinde illam: melius enim
لك ان تدخل الحياة وانت اعسم من ان تكون لك
eſt tibi introire uitam & tu aridus, quàm eſſe tibi
يدان وتذهب الي جهنم في النار حيث لا تطفا نارها
manus duas & introeas in gehennam in ignem, ubi non extinguetur ignis eius,
وحيث

وحيث لا يموت دودها وان شككتك رجلك فاقطعها
& ubi non moritur uermis eius. Et si scandalizauerit te pes tuus, abscinde eum:
فخير لك ان تدخل الحياة اعرج من ان تكون لك
melius enim est tibi introire uitam claudus quàm esse tibi
رجلان وتلقي في جهنم في النار التي لا تطفي حيث دودهم
duos pedes & proijci in gehennam in ignem, qui non extinguetur, ubi uermis eorum
لا يموت والنار لا تطفا وان شككتك عينك فاقلعها
non moritur, & ignis non extinguitur. Et si scandalizauerit te oculus tuus eiice eum:
فخير لك ان تدخل الى ملكوت الله بعين واحدة من ان
melius enim est tibi introire in regnum Dei cum oculo uno, quàm
تكون لك عينان وتلقي في جهنم حيث دودهم لا يموت
esse tibi oculos duos & proiici in gehennam, ubi uermis eorum non moritur,
والنار لا تطفي ۞ وكلّ شيء بالنار يماح وكلّ ذبيحة
& ignis non extinguitur. Omnia igne salientur, & omnis uictima
تماح بالملح ۞ جيد هو الملح فان صار الملح بلا ملوحة
salietur sale. Bonum est sal, quòd si fuerit absque salsedine
بماذا يصلح فليكن فيكم الملح ويسالم بعضكم بعضًا ۞
in quo condietur? Sit igitur in uobis sal, & pacem habeat alter ex uobis cum altero.

الفصل الحادي والثلثون

Sectio trigesima prima.

ثم قام من هناك وجاء الي تخوم يهوذا وفي عبر الاردن
Deinde surrexit inde, & uenit in fines Iudææ, & ultra Iordanem,
واجتمع اليه جموع كعادتهم ايضًا وعلمهم ۞ وجاء اليه
& cōuenerūt ad eū turbę secūdū cōsuetudinē eorū iterū & docuit eos. Et uenerūt ad eū
الفريسيون وسالوه هل يحلّ للرجل ان يطلّق امراته
Pharisæi & interrogauerunt eum, An licet uiro dimittere uxorem suam,
ليجرّبوه اجاب وقال لهم بماذا اوصاكم موسي قالوا امر
ut tētarēt eum. Respōdit & dixit eis. Quid pręcepit uobis Moyses? Dixerūt, Pręcepit
موسي ان يكتب كتاب الطّلاق وتخلي اجاب يسوع
Moyses ut scriberetur libellus repudii & dimittere. Respondit Iesus

وقال لهم من اجل قسوة قلوبكم كتب لكم موسي هذه
& dixit eis, Propter duritiem cordium uestrorum scripsit uobis Moyses hoc
الوصيّة لانهما في بدء الخليقة خلقهما الله ذكرًا وانثي
præceptum, Quoniã ambo in prĩcipio creationis creauit eos Deus masculũ & fœminã.
ولذلك يترك الرجل اباه وامه ويلصق بامرآته ويكون
Et propter hoc relĩquet uir patrẽ suum & matrẽ suam, & adherebit uxori suę & erunt
كلاهما جسدًا واحدًا لانهما ليس اثنين لكنهما جسدًا
ambo in carne una, quoniam ipsi duo non sunt duo sed ambo caro
واحدًا والذي زوّجه الله لا يفرقه انسان ۞ وفي البيت
una. Et quod coniunxit Deus ne separet homo. Et in domo
ايضًا ساله التلاميذ عن هذا ۞ فقال لهم من طلّق
iterum interrogauerunt eum discipuli de hoc. Et dixit eis, Qui dimiserit
امراته وتزوّج اخري فقد زني عليها وان هي خلّت
uxorem suam & duxerit aliam, iam fornicatus est super eam. Et si ipsa dimiserit
زوجها وتزوجت اخر فهي زانية ۞ واحضروا اليه
coniugem suum & coniuncta fuerit alii, & ipsa mœcha est. Et obtulerunt ei
صبيانًا ليضع يده عليهم فانتهر التلاميذ محضريهم فلمّا
paruulos ut poneret manũ suã sup illos, & prohibuerunt discipuli oblationẽ eorũ. Cũ
رآهم يسوع انتهرهم وقال لهم دعوا الصبيان ياتوا اليّ ولا
autem uidisset eos Iesus increpauit eos, & dixit eis, Sinite paruulos uenire ad me & ne
تمنعوهم لان ملكوت الله لمثل هولاءِ الحقّ اقول لكم ان
prohibeatis eos, quoniam regnum Dei est talium. Amen dico uobis quia
من لا يقبل ملكوت الله مثل صبي لا يدخلها واحتضنهم
qui nõ recipit regnum Dei uelut paruulus non intrabit in illud. Et complexus est eos
ووضع يده عليهم وباركهم ۞
& posuit manum suam super eos, & benedixit eos.

الفصل الثاني والثلثون
Sectio trigesima secunda.

وبينما هو ساير في طريق اسرع اليه انسان وجثي علي
Et cùm esset ambulans in uia cucurrit ad eum homo quidam & flexit se super
ركبتيه

ركبتيه وسأله قايلا ايها المعلم الصالح ما الذي اصنع
genua ſua, & rogauit eum dicens, O magiſter bone quid eſt quod faciam
لأرث الحياة الدايمة وان يسوع قال له لم تقول لي صالح
ut hæres fiam uitæ æternæ? Ieſus autem dixit ei, Quare dicis mihi Bone
وليس صالحا الا الله الواحد عرفت الوصايا لا تقتل لا
& non eſt bonus niſi Deus unus? Noſti pręcepta? Ne occidas. Ne
تزن لا تسرق لا تشهد بالزور لا تجر اكرم اباك
fornicaberis. Ne fureris. Ne teſtificaberis cũ falſitate. Ne fraudẽ feceris. Honora patrẽ
وامك فقال يامعلم هذا كله قد حفظته من صغري
tuum & matrem tuam. Et dixit, Magiſter hæc omnia ſeruaui à pueritia mea.
✡ فنظر اليه يسوع واحبه وقال له اتريد ان تكون كاملا
Inſpexit autem in eum Ieſus, dilexit eum, & dixit ei, Vis ne fieri perfectus?
واحدةً بقيت عليك امض وبع كل مالك واعطه
Vnum deeſt tibi. Vade & uende omnia bona tua, & da ea
للمساكين واكنزه في السماء وتعال اتبعني ✡ واحمل
pauperibus, & theſauriza ea in cœlo, & ueni ſequere me & porta
الصليب فعبس لأجل الكلام ومضي حزينا لانه كان ذا
crucem. & contriſtatus eſt propter uerbum, & abiit mœſtus quia erat habens
مال كثير فنظر يسوع وقال لتلاميذه كيف عسر علي
bona multa. Et inſpexit Ieſus & dixit diſcipulis ſuis Quàm difficilis eſt
الموجدين الدخول الي ملكوت الله فبهت تلاميذه
habentibus introitus in regnum Dei? Et obſtupuerunt diſcipuli eius
لكلامه اجابهم يسوع وقال لهم يابني هو عسر ان يدخل
propter uerbum eius. Reſpondit eis Ieſus & dixit eis, Filij eſt difficile introire
المتوكلون علي الاموال الي ملكوت الله ان دخول
confidentes in bonis in regnum Dei, quia introitus
الجمل في خرم الابرة لايسر من غني يدخل الي ملكوت
cameli in foramen acus facilior eſt quàm diues intret in regnum
الله فازدادوا تعجبا قايلين من يقدر ان يخلص فنظر
Dei, & creuerunt in admiratione dicentes, Quis poteſt ſaluus fieri? Et inſpexit

اليهم يسوع وقال امّا عند الناس فلا يستطاع ولكن عند
in eos Iesus & dixit, Apud homines quidem non est possibile, sed apud
اللّه لان كلاً عند اللّه مستطاع فبدا بطرس يقول له ها
Deum. Quia omnia apud Deum sunt possibilia. Et cæpit Petrus dicere ei, Ecce
نحن قد تركنا كلّ شي و تبعناك اجاب يسوع وقال
nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Respondit Iesus & dixit
الحقّ اقول لكم انه ليس احد يترك بيوتًا او اخوة او
Amen dico uobis quia non est unus qui relinquat domos, aut fratres, aut
اخوات او ابًا او امًّا او امراةً او بنين او حقلا لاجلي
sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter me
ولاجل بشارتي الّا وهو ياخذ ماية ضعف لان في هذا
& propter euangelium meum, nisi & ipse accipiat centuplum nunc in hoc
الزمان منازل واخوه واخوات وآباء وامّهات وبنين
tempore domos & fratres & sorores & patrem & matres & filios
و حقولاً في الشدايد و في الدهر الآتي الحياة الموبدة ✿
& agros in tribulationibus & in seculo uenturo uitam æternam.
اولون كثيرون يكونون اخرين واخرون اولين ✿
Primi multi erunt nouissimi. & nouissimi primi.
و كانوا في الطريق صاعدين الى يروشليم وكان يسوع
Et erant in uia ascendentes in Ierusalem, & Iesus
قدامهم وهم متحيرون يتبعونه خايفين فاخذ ايضا
præcedebat eos, & ipsi attoniti sequebantur eum timentes. Et assumpsit iterum
الأثني عشر وقال لهم ما يعرض له هاهوذا نحن نصعد الى
duodecim & dixit eis, quod accidet ei. Ecce nos ascendimus in
يروشليم وابن الانسان يسلم الي روساء الكهنة و الكتبة
Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis,
و يحكمون عليه بالموت و يسلمونه الي الامم و يهزون به
& iudicabunt super eum cum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei,
و يتفلون عليه و يضربونه و يقتلونه ويقوم في اليوم
& conspuent in eum, & flagellabunt eum, & occident eum, & resurget in die
الثالث

الثالـــــــــــــــــــــــــث ۞

tertia.

الفصل الثالث والثلثون

Sectio trigesima tertia.

وتقدّم اليه يعقوب ويوحنّا ابنــا زبدي قايلين له
Et accesserunt ad eum Iacobus & Iohannes, filij Zebedæi, dicentes ei,
يامعلم نريد ان تعطينا ما نسالك فقال لهمــا ما تريدان
Magister uolumus ut des nobis quodcunque petierimus à te. Et dixit eis, Quid uultis
اصنع بكما فقالا له اعطينا ان يجلس واحد منّــا عن
faciam uobis? Et dixerunt ei, Da nobis ut sedeat unus ex nobis ad
يمينك والاخر عن يسارك في مجدك فقال لهمــا
dexteram tuam & alius ad sinistram in gloria tua. Et dixit eis
يسوع لستما تدريان ماتسألان اتقدرا ان تشربا الكاس
Iesus Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem
التي اشربها وتصطبغا الصبغه التي اصطبغها فقالا نحن
quem ego bibo & tingi tinctione qua tingor? Et dixerunt, Nos
نقدر فقال لهما يسوع امّا الكاس التي اشرب فتشربان
possumus. Dixit autem eis Iesus, Calicem quidem quem ego bibo, bibetis,
والصبغة التي اصطبغ تصطبغان واما جلوسكمــا عن
& tinctione qua tingor tingemini: Sedere autem uestrum à
يميني وعن يساري فليس في ان اعطي ذلك لكمــا الاّ
dextris meis & à sinistris meis non est meum dare hoc uobis, sed
للذين اعدّ لهم ۞ فلمّا سمع العشرة تذمّروا على يعقوب
illis quibus paratum est. Cùm autem audissent decem indignati sunt contra Iacobum
ويوحنّا فدعاهم يسوع وقال لهم اما علمتم بان الذين يظنون
& Iohannem. Et uocauit eos Iesus, & dixit eis, Non scitis quia qui putāt
انهم روسآء للامم ارباب عليهم وعظمــا وهم مسلّطون
se esse principes populorum sunt domini eorum, & maiores eorum potestatem
عليهم وليس هكذا يكون فيكم بل من يريد ان يكون
habent super eos? Et non ita erit in uobis, sed quicunque uoluerit esse

فيكم عظيمًا فليكن لكم خادمًا ومن اراد ان يكون فيكم
inter uos maior erit uobis minister: & quicunque uoluerit esse inter uos
اول فليكن للكل عبدًا ۞ فان ابن الانسان لم يات ليُخدم
primus sit omnibus seruus. Nam filius hominis non uenit ut ministretur ei,
بل ليخدُم و يبدل نفسه خلاصًا عن كثير ۞
sed ministrare. & ponere animam suam redemptionem pro multis.

الفصل الرابع والثلثون

Sectio trigesima quarta.

وجاءَ الي اريحا وفي خروجه من اريحا تبعه تلاميذه
Et uenerunt in Iericho & in exitu eius de Iericho secuti sunt eum discipuli eius,
وجمع كبير واذا برطيماوس ابن طيما الاعمي جالسُ
& turba magna, & ecce Bartimeus filius Timæi cæcus, sedens,
يسأل علي الطريق فلمّا سمع بان يسوع الناصري مقبل
qui mendicabat secus uiam. Cùm autem audisset quia Iesus Nazarenus esset ueniens



بدا يصيح ويقول يا يسوع ابن داود ارحمني فانتهره كثيرون
cæpit clamare & dicere, Iesu fili Dauid miserere mei, & increpauerunt eum multi
لبسكت

ليسكت فازداد صياحًا قايلًا يا ربّ يا ابن داود ارحمني
ut taceret, & auxit clamorem, dicens, Domine fili Dauid miserere mei,
فوقف يسوع وقال ادعوه فدعوا الاعمي وقالوا له ثق وقم
Et stetit Iesus & dixit, Vocate eũ, & uocauerunt cæcum, & dixerũt ei, Cõfide & surge
فانه يدعوك فطرح ثوبه وقام وجآء الي يسوع فاجابه يسوع
qa ipse uocat te. Et proiecit uestimẽtũ suũ & surrexit, & ueĩt ad Iesũ. Et respõdit Iesus
وقال له ماتريد اصنع بك فقال له الاعمي يامعلّم ان ابصر
& dixit ei, Quid uis faciam tibi? Et dixit ei cæcus, Magister ut uideam.
فقال له يسوع اذهب ايمانك خلّصك وللوقت ابصر
Et dixit ei Iesus, Vade fides tua saluum te fecit, & confestim uidit,
وتبعه في الطريق ۞
& secutus est eum in uia.

الفصل الخامس والثلثون

Sectio trigesima quinta.

فلمّا قربوا من يروشليم عند بيت فاجي وبيت عنيا جانب
Et cùm appropinquaret Ierosolymæ prope Bethphage & Bethania uersus
طور الزيتون ارسل اثنين من تلاميذه وقال لهما
montem oliuarum, misit duos ex discipulis suis, & dixit eis,
امضيا الي القرية التي اماميكما فعند دخولكما اليها
Ite in castellum quod contra uos est, & dum introieritis in illud,
تجدان جحشًا مربوطًا لم يركبه احد من الناس قط فحلّاه
inuenietis pullum ligatum, super quẽ nõ ascendit aliquis homo unquã: soluite illum,
واتياني به فان قال لكما احد ما تفعلان بهذا فقولا ان الربّ
& adducite mihi eũ. Et si dixerit uobis aliquis, Quid facitis cum hoc? dicite qa Dñus
يحتاج اليه فمن ساعته يرسله الي هاهنا فذهبا ووجدا
indiget eo: & continuò mittet illum huc. Et abierunt & inuenerunt
عفوًا مربوطًا عند الباب خارجًا علي الطريق فحلّاه
pullum ligatum ante ianuam foras in uia; & soluerunt illum,
فقال لهما قوم من القيام هناك ما تصنعان وتحلان
Et dixerunt eis aliqui ex stantibus ibi, Quid facitis & soluitis

العفو فقالا لهم كما قال يسوع فتركوهما وجآا بالعفو الي
pullum ? Et dixerunt eis ſicut dixerat Ieſus: & dimiſerunt eos, Et duxerunt pullum ad
يسوع والقوا عليه ثيابهم وجلس فوقها وكثيرون
Ieſum: & impoſuerunt ſuper illum ueſtimenta ſua, & ſedit ſuper illum, Et multi
بسطوا ثيابهم في الطريق واخرون قطعوا اغصاناً من
ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia: & alii cæderunt ramos de
الحقل وفرشوها في الطريق ۞ والذين كانوا يمشون
campo, & ſtrauerunt eos in uia. Et qui ambulabant



امامه ووراه صرخوا وقالوا اوصنّا مبارك الاتي باسم الربّ
āte eū, & poſt eū clamauerūt, & dixerūt, Hoſan-na benedictus q ueniēs eſt ī nōie Dñi,
ومباركه المملكه الاتية باسم الربّ لابينا داود اوصنّا
Et benedictum regnum ueniens in nomine Domini patri noſtro Dauid Hoſan-na
في العلى ۞ ودخل يسوع الي يروشليم الي الهيكل
in excelſis. Et introiuit Ieſus Ieroſolymam in templum:
فنظر الي الجمع فلمّا كان المسآء في تلك الساعة خرج الي
& circumſpexit omnia. Et cùm eſſet ueſpera in illa hora exiit in

بيت عنيا

بيت عنيا مع الاثـــــــــــــــنى عشر ۞

Bethaniam cum duodecim.

الفصل السادس والثلثون

Sectio trigesima sexta.

وللغد خرجوا من بيت عنيا فجاع ونظر الى تينة من

Et in crastino exierunt à Bethania, & esuriit. Et aspexit in ficum à

بعد و فيها ورق فجآء اليها ليطلب فيها ثمره فلمّا جآء

longe, & in ea erant folia, & uenit ad eam ut quęreret in ea fructum. Et cùm uenisset



اليها لم يجد فيها شيًا الّا ورقًا فقط لانه لم يكن زمن التين

ad eam, non inuenit in ea quicquam præter folia tantùm, Quoniã nõ erat tẽpus ficuũ.

فقال لها لا ياكل منك احد ثمرة الى الابد وسمع تلاميذه

Et dixit ei: Nõ comedat ex te quisquã fructũ in æternum. Et audierunt discipuli eius.

و جاوا الى يروشليم فدخل يسوع الى الهيكل وبدا

Et uenerunt Ierosolymam. Et introiuit Iesus in templum, & cæpit

يخرج الباعة والمبتاعين في الهيكل وموايد الصيارف

eiicere uendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum

و كراسي باعة الحمام قلبها ولم يدع احد يدخل بمتاع
& cathedras uendentiũ columbas euertit: & nõ permisit quẽquã introire cũ mercibus
في الهيكل وكان يعلّمهم و يقول لهم مكتوب ان بيتي
in templum: & docebat eos, & dicebat illis, Scriptum est, Quia domus mea
بيت الصلاة يدعي لجميع الامم وانتم صيرتموه مغارةً
domus orationis uocabitur omnibus gentibus: Vos autem fecistis eam fieri speluncam
للصوص ❁ فسمع روسآء الكهنة والكتبة و تطلبوا كيف
latronibus. Et audierunt principes sacerdotum & Scribę & quæsierunt quomodo
يهلكونه لانهم كانوا يخافونه لأن الشعب كلّه كان يبهت
perderent eum, quoniam timebant eum: quia populus uniuersus admirabatur
من تعليمه ❁ ولمّا كان المسآء خرج خارج المدينة
de doctrina eius. Et cùm facta esset uespera, exiit extra ciuitatem.
و جاوا غدوةً فنظروا التينة يابسة من اصلها فذكر
Et uenerunt mane, & uiderunt ficum aridam à radice sua. Et recordatus est
بطرس وقال له يامعلّم هذا التينه التي لعنت قد يبست
Petrus, & dixit ei, Magister hæc ficus cui maledixisti, iam aruit.
❁ اجاب يسوع وقال له ان كان لكم ايمان بالله الحقّ اقول
Respondit Iesus, & dixit ei, Si haberetis fidem in Deum, Amen dico
لكم ان من قال لهذا الجبل انتقل واسقط في البحر و لا
uobis, quia quicumque dixerit huic monti, Transi & cade in mare & non
يشك في قلبه بل يومن ان الذي يقوله يكون فيكون
hęsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat. fiet
له ❁ من اجل ذلك اقول لكم ان كلّما تسالونه في الصلاة
ei. Propterea dico uobis, quia quodcumque petieritis in oratione,
امنوا انكم تنالونه فيكون لكم ❁ واذا قمتم تصلّون
credite, quia uos accipietis illud, & erit uobis. Et cùm stabitis orantes,
اغفروا لكل من لكم عليه لكيما يترك لكم ابوكم الذي في
dimittite unicuique quod habetis cõtra eum: ut dimittat uobis pater uester qui est in
السموات هفواتكم وان لم تتركوا ولا ابوكم السمايي يترك
cœlis debita uestra, & si non dimiseritis, neque pater uester cœlestis dimittet
لكم

لكم خطاياكم

uobis peccata uestra.

الفصل السابع والثلثون

Sectio trigesima septima.

ثم جاء ايضًا الى يروشليم و بينما هو يمشي في الهيكل

Et uenit iterum Ierosolymam. Et dum ipse ambularet in templo,

اقبل اليه روساء الكهنة والكتبة و الشيوخ وقالوا له باي

accesserunt ad eum principes Sacerdotum & Scribæ & seniores, & dixerũt ei, In qua

سلطان تفعل هذا ومن اعطاك هذا السلطان ان تفعل

potestate facis hoc? & quis dedit tibi hanc potestatem ut facias

هذا وان يسوع اجاب وقال لهم انا اسلكم عن كلمة تجيبوني

hoc? Iesus autẽ respondit, & dixit eis. Ego interrogabo uos uerbũ, & respõdite mihi:

فاني اقول لكم باي سلطان افعل هذا معمودية يوحنا من

& ego dicam uobis in qua potestate facio hoc. Baptismus Iohannis de

السماء كانت او من الناس اجيبوني ففكروا و قالوا مع

cœlo erat, an ex hominibus? Respondite mihi. Et cogitauerunt, & dixerunt cum

بعضهم بعض ان قلنا من السماء كانت فانه يقول لنا لماذا

altero alter, Si dixerimus De cœlo erat, ipse quidem dicet nobis, Quare

لم تومنوا به وان قلنا من الناس نخاف من الجمع لأن

non credidistis in eum? Et si dixerimus, Ex hominibus, timemus turbam,

جميعهم كان يقول ان يوحنا نبي فاجابوا يسوع وقالوا لا

omnes enĩ illi dicebant Quia Iohãnes erat propheta. Et respõderũt Iesu & dixerũt, Ne

نعلم فقال لهم يسوع ولا انا اقول لكم باي سلطان افعل هذا

scimus. Et dixit illis Iesus. Neque ego dico uobis in qua potestate facio hoc.

الفصل الثامن والثلثون

Sectio trigesima octaua.

و بدا يكلمهم بامثال قايلا انسان غرس كرمًا و احاط به

Et cæpit loqui illis in parabolis dicens: Homo plantauit uineam, & circũdedit ei

سياجًا وحفر فيه معصرة وبني فيه برجًا ودفعه الي

sepem, & fodit in ea torcular, & ædificauit in ea turrim, & tradidit eam

فعلة وسافر وانفذ الى الفعلة في زمان عبدًا الكيما ياخذ
operariis: & peregrè profectus est, & misit ad operarios in tempore seruũ ut acciperet
من الفعله من ثمار الكرم وانهم اخذوه وضربوه وارسلوه
ab opariis de fructib uineę. Ipsi uerò apprehẽderũt eũ, & cęciderũt eũ: & dimiserũt eũ
فارغًا وارسل ايضا اليهم عبدًا اخر فجرّحوه وشجّوه وردّوه
uacuũ. Et misit iterũ ad eos seruũ aliũ: & uulnerauerũt eũ,& cõtumeliis affecerũt eũ &
مهانًا وارسل ايضًا اخر فقتلوه وارسل عبيدًا كثيرين
dimiserunt eũ deformatũ. Et misit iterũ aliũ, & occiderũt illũ: Et misit seruos multos,
فضربوا بعضًا وقتلوا بعضًا وكان له ولد واحد حبيب له
& cęciderunt quosdã, & occiderunt quosdam. Erat autem ei filius unus dilectus ei;
فارسله اليهم اخيرًا قايلًا لعلّهم يستحون من ابني فقال
& misit illum ad eos nouissimũ, dicens. Forsitan ipsi reuerebunt filiũ meũ. Et dixerũt
الاكرة في نفوسهم هذا هو الوارث تعالوا نقتله ويصير
agricolæ inter se. Hic est hæres: uenite, occidamus eum, & fiet
لنا الميراث فاخذوه وقتلوه واخرجوه خارجًا من الكرم
nobis hęreditas, Et apprehẽderunt eum, & occiderunt eũ; & eiecerunt eũ extra uineã.
ماذا يفعل بهم ربّ الكرم اليس ياتي ويهلك الاكرة
Quid faciet eis dominus uineæ? Non ne ueniet & perdet agricolas,
ويدفع الكرم الى اخرين اما قراتم في الكتاب ان الحجر
& tradet uineam aliis? Non legistis in scriptura, Quia lapis
الذي رذله البناوون صار هذا راس الزاوية من قبل
quem reprobauerunt ædificantes, factus est hic caput anguli? A
الربّ كان هذا وهو عجيب في عيوننا ۞ فارادوا ان
Domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris. Et uoluerunt
يمسكوه فخافوا من الجمع لانهم علموا انه قال هذا المثل من
tenere eum: & timuerunt turbam qm ipsi sciebant quia ipse dixerat hanc parabolam
اجلهم فتركوه ومضـــــــــــــــوا ۞
propter eos, & dimiserunt eum, & abierunt.

الفصل التاسع والثلثون

Sectio trigesima nona.

فارسل

فارسل اليه قوم من الفريسيين و الهيرودسيين لكيما
Et miserunt ad eum quosdam ex Pharisæis, & Herodianis; ut
يصطادوه بكلمة فجاوا وقالوا يامعلم قد علمناك صادقا ولا
uenarent eum ĩ uerbo, Et uenerunt, & dixerunt, Magister, scimus te uerace, & nõ
تبالي باحد ولاتنظر بوجه انسان لكنك بالحق تعلم
curas quenquam: neque respicis in faciem hominis, sed tu in ueritate doces
طريق الله اعلمنا ايجوز ان نعطي الجزية لقيصر
uiam Dei, doce nos an liceat nobis dare tributum Cęsari
ام لانعطي فلما علم رياهم قال لهم لم تجربونني اتوني بدينار
an nõ dabimus? Cũ autẽ sciret cõsiliũ eorũ, dixit eis, Quid tẽtatis me? afferte mihi de-
لكيما انظره فقدموه اليه فقال لهم لمن هذه الصورة
nariũ ut uideam eum. Et attulerunt eum illi. Et dixit eis, Cuius est hæc imago.
والكتابة اما هم فقالوا لقيصر فاجابهم يسوع قايلا اعطوا
& inscriptio? Ipsi autem dixerunt, Cęsaris. Et respondit eis Iesus dicens, Date
ما لقيصر لقيصر وما لله لله فتعجبوا منه ☼
qnod est Cæsaris Cęsari, & quod est Dei Deo. Et admirati sunt de illo.

الفصل الاربعون
Sectio quadragesima.

و وافاه الزنادقة الذين يقولون ليس تكون قيامة
Et uenerunt ad eum Saducæi, qui dicunt, Non est resurrectio:
وسالوه قايلين يامعلم موسي كتب لنا اذا كان لاحد اخ
& rogauerunt eum dicentes, Magister, Moyses scripsit nobis, Si fuerit alicui frater,
و مات وخلف امراة ولم يترك ولدا فلياخذ اخوه امراته
& mortuus fuerit, & reliquerit uxorẽ, & nõ reliquerit filiũ, accipiat frater eius uxorẽ
وليقم زرعا لاخيه وكان عندنا سبعة اخوة فالاول تزوج
illius, & resuscitet semẽ fratri suo. Fuerunt autẽ apud nos septẽ fratres, & primus duxit
امراة و مات ولم يخلف زرعا واخذها الثاني و مات و لم
uxorẽ, & mortuus est, & nõ reliquit semẽ. Et accepit eã secũdus, & mortuus est: & nõ
يترك زرعا والثالث مثل ذلك ايضا الى السابع ولم
reliquit semen. Et tertius similiter etiam usqe ad septimum, & non

يتركوا زرعًا واخر الكلّ ماتت المراة ايضـًا ففي القيامة اذ
reliquerũt semẽ. Et nouissima omniũ mortua est mulier etiã. Igitũ resurrectione cùm
يقومون لمن تكون المراة منهم لان السبعة اتخذوها
resurgent, cuius erit mulier de his? quoniam septem duxerunt eam
امرأةً فقال لهم يسوع اليس من اجل هذا انتم ضالون
uxorem. Et dixit eis Iesus, Nonne ideo uos errantes estis,
لم تنظروا الكتب ولا قوة اللّه لانه اذا قام الامـــوات لا
non respexistis scripturas, neque uirtutem Dei? quoniam cùm resurrexerint mortui nõ
يتزوجون ولا يزوجون بل يكونون كالملايكة في
nubentur neque nubent, sed erunt sicut angeli in
السموات وامّا من اجل الموتي وانهم يقومون اما قرآتم
cælis. At de mortuis, quòd ipsi resurgent non legistis
في سفر موسي قول اللّه علي العوسج انا اله ابرهيم واله اسحق
in libro Moysi uerbum Dei: super rubum, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac,
واله يعقوب وليس اله اموات لكن اله احياء وانتم فضللتم
& Deus Iacob? Et non est Deus mortuorum Sed Deus uiuorum, uos ergo erratis
كثـــــــــــــــــــيرًا ۞
multum.

الفصل الحادي والاربعون
Sectio quadragesima prima.

فجاء اليه واحد من الكتبة لمّا سمعهم يتنا قضون ونظر
Et uenit ad eum unus de Scribis, cùm audisset eos conquirentes, & uidisset
حُسن اجابته لهم فساله اي وصية اول الكلّ اجابه
bonas respõsiones eius ad eos, & ĩterrogauit eũ. Quod est mãdatũ primũ oĩũ? Respon-
يسوع ان اول كل الوصايا اسمع يا اسراييل الربّ الهك
dit ei Iesus: Quòd primum omniũ mandatorum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus
اله واحد هو وتحبّ الربّ الهك من كلّ قلبك ومن
Deus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
كلّ نفسك ومن كلّ نيتك ومن كلّ قوتك هذه
tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua, Hoc est
اول

اول الوصايا كلها والثانية التي مثلها ان تحبّ قريبك
primum mandatorū ōniū. Secūdū autē quod est simile huic: ut diligas proximū tuū
مثلك ليس وصية اعظم من هاتين ۞ فقال له الكاتب
sicut te ipsum. Non est mandatum maius his duobus. Et ait illi Scriba:
جيد يامعلم الحقّ قلت ان الله واحد وليس اخر غيره
Bene magister ueritatem dixisti, quia Deus unus est, & non est alius præter eum.
وان تحبّه من كل القلب ومن كلّ النية ومن كلّ النفس
Et ut diligas eum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima
ومن كلّ القوّة وتحبّ القريب مثلك هذا افضل من كلّ
& ex tota uirtute: & diligas proximum tanquām te ipsum: Hoc maius est omnibus
الذبايح والمحرقات فلما رآي يسوع انه قد اجاب بعقل
sacrificijs & holocaustomatibus. Cùm autē uidisset Iesus quòd ipse respōdisset sapiēter
اجابه قايلاً لست بعيدًا من ملكوت الله ۞ فلم يستجر
respondit illi dicens. Non es longe à regno Dei. Et non est ausus
احدًا ايضًا ان يساله ۞ فاجاب يسوع وهو يعلم في الهيكل
aliquis amplius interrogare eum. Et respondit Iesus, & ipse docebat in tēplo:
وقال كيف تقول الكتبة ان المسيح ابن داود هو وداود
& dixit. Quomodo dicunt Scribę, Quia Christus filius Dauid est? & Dauid
قد قال بروح القدس قال الربّ لربي اجلس عن يميني
iam dixit in spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,
حتى اضع اعداك تحت قدميك فهذا داود يقول انه
donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Hoc autem Dauid dicit quia ipse
ربه فكيف هو ابنه وكان الجمع الكثير يسمع منه بلذة ۞
est Dn̄s eius: quomodo igit̄ est filius eius? Et turba multa audiebat eū cū delectatione.
فقال لهم في تعليمه احذروا من الكتبة الذين يحبون
Et dixit eis in doctrina sua: Cauete à Scribis, qui amant
يمشون بالحلل والسلم في الاسواق ويجلسون مع روساء
ambulare in stolis, & salutationes in plateis, & sedere cum principibus
الجماعة ويتكون في صدور المجالس واول المتكآت
Synagogæ, & recumbere in primis cathedris & primis discumbitibus.

في الولايم ۞ الذين ياكلون بيوت الارامل بتطويل
in conuiuijs: Qui comedunt domos uiduarum cum prolixitate
صلواتهم هولآء ياخذون عقاباً دايماً ۞ ثم جلس يسوع
orationum ſuarum: Hi accipient ſupplicium æternum. Et ſedit Ieſus
عند باب الخزانة ينظر الجمع كيف يلقي نحاساً في
ante portam gazophilatij aſpiciebat turbam quomodo iactaret æs in
الخزانة واغنياء كثيرون القوا كثيرًا فجآءت امراة ارملة
gazophilatium, & diuites multi proiecerunt multum. Et uenit mulier uidua
مسكينة فالقت فلسين فاستدعي تلاميذه وقال لهم
pauper, & proiecit duo minuta, Et conuocauit diſcipulos ſuos, & dixit eis:
الحقّ اقول لكم ان هذه الارملة المسكينة القت اكثر
Amen dico uobis, quia hæc uidua pauper, proiecit plus
من الكل الذين القوا في الخزانة لان الكلّ القوا من
omnibus qui miſerunt in gazophilatium. Quoniam omnes proiecerunt ex



فضل ما عندهم وهذه القت مع مسكنتها كلما لها وكلّ
ſupabundãtia quę eſt apud eos: & hęc poſuit cũ inopia ſua omnia quę erãt ei, & omne
معشها

معيشها ۞ ثم خرج من الهيكل فقال له واحد من
uictum suum. Et egressus est de templo, & dixit ei unus ex
تلاميذه يامعلم انظر الي هذه الحجارة العظيمة وهذا
discipulis suis: Magister, aspice in hos lapides magnos & hanc
البناء فاجاب يسوع وقال له تري هذا البناء العظيم لا
structuram. Et respondit Iesus, & dixit ei, Vides hanc structuram magnam? Non
يترك ها هنا حجر علي حجر الا ينقض ۞
relinquetur hic lapis super lapidem quin destructus sit.

الفصل الثاني والاربعون

Sectio quadragesima secunda.

و بينما هو جالس علي جبل الزيتون قدام الهيكل
Et dum esset sedens in monte oliuarum contra templum
سالهُ بطرس و يعقوب و يوحنا واندراوس في خفية
interrogauerunt eum Petrus, & Iacobus, & Iohannes, & Andreas secretò.
قل لنا متي تكون هذه الاشياء واي شي هو العلامة
Dic nobis, quando erunt hæ res, & quæ res est signum
الدالة علي كمال ذلك فقال لهم يسوع انظروا لا يضلكم
ostendens consumationem hanc? Et dixit illis Iesus: Videte nè seducat uos
احد فان كثيرون ياتون باسمي قايلين اني انا هو المسيح
aliquis: Etenim multi uenient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus,
و يضلون كثيرين فاذا سمعتم بالحروب واخبار
& seducent multos. Cùm autem audieritis bella, & prædicationes
الحروب لا تضطربوا فينبغي هذا ان يكون لكن لم يات
bellorum, nè conturbemini. Oportet enim hæc fieri: Sed non uenit
الانقضاء تقوم امة علي امة ومملكة علي مملكة وتكون
finis. Surget gens contra gentem, & Regnum contra Regnum, & erunt
الزلازل في كل مكان و يكون الجوع وهذه بداية
terræmotus in omni loco, & erit fames, & hæc erunt initium
الطلق ۞
doloris.

الفصل الثالث والاربعون

Sectio quadragesima tertia.

انظروا انهم يسلمونكم الي المجامع والمحافل فتضربون
Videte quoniam ipsi tradent uos in synagogis, & conciliis, & uapulabitis,
وتقامون امام الملوك والقواد من اجلي شهادة عليهم
& stabitis ante Reges, & Præsides propter me, in testimonium contra eos.
✲ وعلي كلّ الامم ينبغي اولاً ان يكرز بالانجيل فاذا قدموكم
Et in omnes gentes oportet primùm prædicare euangelium. Et cùm adduxerint uos,
واسلموكم فلا تهتموا بماذا تقولون ولا بما تجيبون فانكم
& tradiderint uos, ne præcogitetis quid loquamini, neque quid respondeatis, qm̄ uos
تعطون في تلك الساعة الذي تتكلمون ولستم المتكلمين
donabimini in illa hora eo, quod loquemini: non enim uos estis loquentes,
لكن روح القدس ويسلم الاخ اخاه للموت والاب ابنه
sed Spiritus sanctus. Et tradet frater fratrem suum morti, & pater filium suum,
وتثب الابنا علي اباهم ويقتلوهم وتكونون مبغضين
& surgent filii aduersus parentes suos, & occident eos, & eritis odio
من كلّ احد من اجل اسمي والذي يصبر الي المنتهي
cuicumque propter nomen meum. Et qui sustinuerit usque in finem
يخلص ✲ فاذا رايتم فساد الخراب المذكور في دانيال
saluabitur. Cùm aūt uideritis abhominationē bellorum cōmemoratorum in Daniele
النبي القايم في الموضع الطاهر فليفهم القاري ✲ حينيذ
propheta, stantē in loco sancto, intelligat legens. Tunc
الذين في يهودا يهربون الي الجبال والذي فوق السطح
qui in Iudæa sunt fugient in montes, & qui super tectum,
لايقدر ان ينزل الي بيته لياخذ شيا ✲ والذي في
non poterit descendere in domum suam, ut tollat quid, & qui in
الحقل لايلتفت الي ورايه لياخذ لباسه فالويل للحبالي
agro, non reuertetur retrò se, ut tollat uestimentum suum. Væ autem pregnantibus,
والمرضعات في تلك الايام ✲ فصلوا ليلاّ يكون هربكم
& lactentibus in illis diebus. Igitur orate ne sit fuga uestra
في

في شتآء لانّه يكون في تلك الايام ضيق لم يكن مثلهُ
in hyeme; quoniam erit in illis diebus angustia, quæ non fuit similis illi
من البدء الذي خلق الله الي الان ولا يكون ۞ ولولا ان
ab initio quo creauit Deus usque nunc, neque erit. Et nisi
الرب قصّر تلك الايام لم يحي ذو جسد لكن من اجل
Dominus abbreuiasset illos dies, non uiueret caro: sed propter
المختارين الذين اختيروا قصُرت تلك الأيام ۞ فان قال
electos, qui electi sunt, bræuiati sunt illi dies. Et si dixerit
لكم احد ان المسيح هاهنا اوهاهنا فلا تصدّقوا ۞
uobis aliquis, quòd Christus est hic, uel hic, nè credatis.
فسيقوم مسيحوا كذب وانبيآء كذبة و يصنعون
Exurgent enim Christi mendaces, & prophetæ mendaces, & facient
علامات وعجايب و يطغون ان قدروا المختارين ۞
signa, & portenta, & seducerent si possent electos.
فانظروا انتم قد بدات واخبرتكم كلّ شيء ۞ لكن في
Videte ergo uos, iam incępi, & annutiaui uobis omnia. Sed in
تلك الايام بعد ذلك الضيق الشمس تظلم والقمر لا يعطي
illis diebus post illam angustiam, Sol obtenebrabitur, & luna non dabit
ضوه والكواكب تتساقط من السمآء وقوات السمآء
lumen suum, & stellę cadent de cælo, & uirtutes cæli
تضطرب ۞ حينيذ تنظرون ابن الانسان ياتي في
commouebuntur. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in
السحاب مع قوات ومجد عظيم وحينيذ يرسل ملايكته
nubibus, cum uirtutibus, & Gloria magna. & tunc mittet angelos suos,
فيجمع مختاريه من اربع الرياح من اطراف الارض الي
& congregabit electos suos, à quatuor uentis, ab extremitatibus terræ, usque
اطراف السمآء فمن شجرة التين اعلموا المثل اذا رايتم
ad extremitates cœli, & ab arbore ficus discite parabolam. Quando uideritis
اغصانها لانت وتضرب اوراقها علمتم ان الصيف قد دنا
ramos eius teneros, & producta fuerint folia eius scitote, quia æstas iã appropinquauit

كذلك انتم اذا رأيتم هذه كلّها قد كانت فاعلموا انه قد
Ita uos cùm uideritis hæc omnia iam facta, scitote, quia
قرب على الابواب الحقّ اقول لكم ان هذا الجيل لا
proximum est in ostijs. Amen dico uobis. quia hæc generatio, non
يزول حتى يكون هذا كلّه والسمآء والارض تزولان
transibit, donec fiant hęc omnia, & cælum, & terra transibunt,
و كلامي لا يزول ۞
& uerba mea, non transibunt.

الفصل الرابع والاربعون
Sectio quadragesima quarta.

فامّا ذلك اليوم وتلك الساعة لا يعرفها احد ولا الملايكة
Illum autem diem, & illam horam, non cognoscit quisquam, neque Angeli,
الذين في السمآء ولا الابن الا الاب وحده ۞ فانظروا
qui sunt in cælo, neque filius, nisi Pater solus. Videte,
واسهروا وصلّوا لانكم لا تعلمون متي يكون الزمان ۞
& uigilate, & orate, quoniam uos nescitis, quando sit tempus.
مثل انسان سافر وترك بيته واعطي عبيده السّلطان
Sicut homo, q. peregrè profectus est, & reliqt domũ suã, & dedit seruis suis potestatẽ
لكل احد عمله واوصي البوّاب بالتيقظ ۞ اسهروا فانكم لا
unicuique operis sui, & pręcepit ianitori uigilantiam. Vigilate quia uos
تعلمون متي ياتي ربّ البيت لا بالعشآء او نصف الليل
nescitis, quando ueniet Dominus domus sero, an media nocte,
او صياح الديك او بالغداة لئلّا ياتي بغتة فيجدكم نياما ۞
an cantu galli, aut mane, nè ueniat repentè, & inueniat uos dormientes.
فالذي اقوله لكم للجميع اقوله فاسهروا و كان الفصح
Quod autem dico uobis, omnibus dico illud. Vigilate ergo. Et erat Pascha.
والفطير بعد يومين وطلب روسآء الكهنة والكتبة كيف
& azima, post duos dies: & quęrebant Principes Sacerdotum, & Scribæ quomodo
يمسكوه بمكر ليقتلوه وكانوا يقولون ليس في العيد
tenerent eum dolo, ut occiderent eum. & dicebant, non in die festo,
لئلا

ليلا يكون شغب في الشعب ۞
nè fortè fiat tumultus in populo.

الفصل الخامس والاربعون
Sectio quadragesima quinta.

و بينما هو في بيت عنيا في بيت سمعان الابرص متكي
Et cùm esset in Bethania in domo Simonis leprosi recumbens,
جاآت امرأة معها انـاء فيه طيب ناردين كثير الثمن
uenit mulier, cum ipsa erat uas, in quo erat unguetum nardinum multi prętij,



فافرغته علي راسه وكان اناس مغضبين في انفوسهم قايلين
& effudit illud super caput eius, & erãt aliqui indignè ferẽtes intra semetipsos dicẽtes
لم تلف هذا الطيب قد كان ينبغي ان يُباع باكثر من
Quare perditum est hoc unguentum? expediebat. enim uendi plusquam
ثلثماية دينار و يدفع للمساكين وانتهروها ۞ فامّا يسوع
trecentis denarijs & dari pauperibus, & reprehenderunt eam. Iesus autem
فقال لهم دعوهـا لم تؤذونها نعم العمل عملت بي لان
dixit eis, Sinite illam. Quid molestatis eam? bonum opus operata est in me, quoniam

المساكين عندكم في كلّ حين فاذا اردتم فانتم تقدرون
pauperes sunt apud uos in omni tempore cùm enim uolueritis uos poteritis
ان تحسنوا اليهم واما انا لست عندكم كلّ حين والذي
bene facere illis, ego autem, non sum apud uos omni tempore, & quod
كان لها قد فعلته لانها بدأت فطيبت جسدي لدفني
habuit fecit, quoniam ipsa cępit, & unxit corpus meum, ad sepeliendum me.
الحقّ اقول لكم ان كلّ مكان يكرز فيه بهذا الانجيل في
Amen dico uobis, quia ubicumque prædicabitur istud Euangelium in
جميع العالم ينطق بما صنعته هذه تذكرةً لها ۞ وان
uniuerso mundo, quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius. Et
يهوذا الاسخريوطي احد الاثني عشر ذهب الي روساء الكهنة
Iudas Iscariotes unus de duodecim, abijt ad principes Sacerdotum,
ليسلمه اليهم فلمّا سمعوا فرحوا ووعدوه بعطية الفضة
ut traderet eum illis: Cum auté audissent gauisi sunt, & promiserunt ei donũ argenti,
وكان يطلب فرصة كيف يسلمه اليهم في خلوة ۞
Et quærebat opportunitatem, quomodo traderet eum illis secretò

الفصل السّادس والاربعون

Sectio quadragesima sexta.

وفي اول يوم من الفطير لمّا ذبحوا الفصح قال له تلاميذه
Et primo die azimorum quando imolabant Pascha, dixerunt ei discipuli eius
اين تريد ان نمضي ونعد لنا كل الفصح فارسل اثنين
quò uis eamus, & paremus, ut manducemus pascha, & misit duos
من تلاميذه وقال لهما امضيا الي المدينة فسيلقاكما
ex discipulis, & dixit eis, ite in Ciuitatem, & occurret uobis
انسان حامل جرة ماء اتبعاه الي حيث يدخل فقولا
homo, portans lagenam aquæ. Sequimini eum quocumque introierit, & dicite
لربّ البيت ان المعلم يقول لك اين المكان حيث اكل
Domino domus, quia. Magister dicit tibi, Vbi est locus in quo manducem
الفصح فيه مع تلاميذي فهو يريكما غرفة كبيرة مغروشة
Pascha cum discipulis meis, & ipse ostendet uobis cœnaculum grande stratum
معدة

معدّة فاعدّا لنا هناك واتيا الى المدينة فوجدا كما قال
paratum, & parate nobis ibi. & abierunt in Ciuitatem, & inuenerunt ſicut dixerat
لهما واستعدّا الفصح ۞ فلمّا كان المسآء والاثنا عشر معه
illis, & parauerunt Paſcha. Cùm autem factum eſſet ſero, & duodecim eſſent cum ipſo,
فاتكآوا ليا كلوا فقال يسوع الحقّ اقول لكم ان واحدًا منكم
diſcubuerunt, ut comederent, & dixit Ieſus, Amen dico uobis, quia unus ex uobis
يسلمني وهو الذي ياكل معي ۞ فحزنوا وقال كلّ واحد منهم
tradet me, & eſt qui manducat mecum. Et contriſtati ſunt, & dixit unuſqſque eorũ



لعلي انا هو ۞ فاجاب وقال لهم واحد من الاثني عشر
forſitan ego ſum? Et reſpondit, & dixit eis, Vnus ex duodecim,
الذي يضع يده معي في القصعة لان ابن الانسان يمضي
qui ponit manum ſuam mecum in catino, filius enim hominis uadit
كما هو مكتوب من اجله الويل لذلك الانسان الذي
ſicut eſt ſcriptum de eo, uę illi homini qui
يسلم ابن الانسان ۞ خيرٌ له كان لو لم يولد ذلك الانسان
tradet filium hominis. Bonum ei erat, ſi non natus fuiſſet ille homo.

☼ فبينما هم ياكلون اخذ يسوع خبزاً فشكر و بارك
Et dum ipſi comederent accepit Ieſus panem, & gratias egit, & benedixit,
و كسر واعطاهم و قال خذوا هذا هو جسدي ☼ و اخذ
& fregit, & dedit eis, & dixit, Accipite, Hoc eſt corpus meum. Et accepit
كاسًا فشكر واعطاهم فشربوا منه كلّهُم وقال لهم هذا هو
calicem, & gratias egit, & dedit eis, & biberunt ex eo omnes, & ait illis. Hic eſt
دمي العهد الجديد الذي يراق عن كثير الحقّ اقول
ſanguis meus Teſtamenti noui, qui effundetur pro multis. Amen dico
لكم انني لا اشرب من عصير هذه الكرمة الي ذلك اليوم
uobis, quia ego non bibam de ſucco huius uitis, uſque in illum diem,
اذا ما شربتهُ جديدا في ملكـــــــــوت اللّه ☼
cùm biberim illud nouum in regno Dei.

الفصل السّابع والاربعون

Sectio quadrageſima ſeptima.

ثم سبّحوا وخرجوا الي جبل الزيتون ☼ قال لهم يسوع
Et laudes dederunt, & exierunt in montem oliuarum. dixit eis Ieſus,
كلكم تشكون فيّ في هذه الليلة ☼ لانه مكتوب اضرب
omnes uos ſcandalizabimini in me in iſta nocte. Quia ſcriptum eſt, percutiam
الرّاعي فتتفرق الغنم ☼ لكنني اذا قمت انا اسبقكم الي الجليل
paſtorem, & diſpergentur oues. Sed cùm reſurrexero, ego præcedam uos in Galilæam.
☼ قال له بطرس انهم ان شكوا كلهم فلست انا فقال له
Dixit ei Petrus, Quòd ſi ſcandalizati fuerint omnes, utique non ego, & dixit ei
يسوع الحقّ اقول لك انك انت اليوم في هذه الليلة
Ieſus. Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte
قبل ان يصيح الديك مرتين تكفر بي ثلث مرّات ☼
antequam cantet gallus bis, negabis me tribus uicibus.
فتمادي بطرس وقال انه وان اضطررت الي ان امـــوت
& ulterius progreſſus eſt Petrus, & dixit, & ſi coactus fuero, uſque quo moriar
معك ليس اكفر بك وكذلك قال جميعـــــهم ☼
tecum, non negabo te, & ſimiliter dicebant omnes.
الفصل

الفصل الثامن والاربعون

Sectio quadragesima octaua.

وجاوا الى موضع يدعي جدسامان ۞ وقال لتلاميذه

Et uenerunt in locum qui uocatur Gethsemani. Et dixit discipulis suis.

اجلسوا هاهنا حتّى اصلي ثم اخذ بطرس و يعقوب

Sedete hic donec orem, & assumpsit Petrum, & Iacobum

و يوحنّا وبدا يحزن و يعبّس ۞ و قال لهم ان نفسي

& Iohannem, & cæpit contristari, & pauere. Et dixit eis, Anima mea

حزينة حتّى الموت اقيموا هاهنا واسهروا ۞ ثم تقدّم قليلاً

tristis est usque ad mortem: State hic, & uigilate. Et processit paululum,



I.P.

وخرّ علي الارض مصلّيًا قايلاً هل يستطاع ان تعبر عني

& procidit super terram, orans, dicens. Est nè possibile ut transeat à me

هذه السّاعة ۞ و كان يقول ايها الآب كل شي

ista hora? Et dicebat. O Pater, omnia

بقدرتك اجز عني هذه الكاس لكن ليس كما اريد انا

in potestate tua sunt, transfer a me hunc calicem, sed non sicut uolo ego

بل انت ۞ وجاء فوجدهم نياماً فقال لبطرس ياسمعان
sed sicut tu. Et uenit, & inuenit eos dormientes, & dixit Petro. Simon
انت نايم لم تقدر ان تسهر معي ساعة اسهروا وصلوا ليلا
tu es dormiens, non potuisti uigilare mecum hora una? Vigilate, & orate, ne
تدخلوا التجارب ۞ امّا الروح فمستعد وامّا الجسد
intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, Caro autem
فضعيف ۞ ومضي ايضاً يصلي وكان يقول تلك الكلمة
debilis .Et abijt iterum orare, & dicebat, ipsum sermonem
بعينها وجاء فوجدهم ايضاً نياماً لان اعينهم كانت ثقيلة
eundē. Et uenit, & inuenit eos iterum dormientes, quia oculi eorum erant grauati,
ولم يكونوا يدرون ما يجيبونه ۞ وجاء ثالثة فقال لهم
& nesciebant quid responderent ei. Et uenit tertiò & dixit eis
ناموا الان واستريحوا قد حضرت الغاية وجاءت السّاعة
Dormite nunc, & requiescite, iam presens est finis, & uenit hora,
ليسلم ابن الانسان في ايدي الخطاة قوموا بنا نذهب
ut tradatur filius hominis, in manus peccatorum, surgite eamus,
فقد قرب الذي يسلمني ۞
iam propè est, qui tradet me.

الفصل التاسع والاربعون

Sectio quadragesima nona.

وبينما هو يتكلم جاء يهوذا الاسخريوطي احد الاثني عشر
Et dum ipse loqueretur, uenit Iudas Iscariotes unus de duodecim,
ومعه جمع بسيوف وعصيّ من روساء الكهنة والكتبة
& cum eo turba multa, cum gladiis, & fustibus à principibus Sacerdotum & Scribis
والمشيخة ۞ وكان مسلمه قد اعطاهم علامة الذي اقبّله
& senioribus. Traditor autem eius dederat signum, Quem osculatus fuero
هو فامسكوه واوثقوه فلمّا جاء ودنا منه قال له يامعلّم وقبّله
ipse est, tenete eū, & timete de illo. Et cū uenisset accessit, dixit, Mgr̄, & osculatus est
فالقوا ايديهم عليه وامسكوه ۞ وان واحدا من القيام
eū. Et iniecerunt manus suas in eum, & tenuerunt eum. Vnus autem ex stantibus
انتضي

انتضي سيفاً وضرب غلام رييس الكهنة فقطع اذنه ۞
eduxit gladium, & percussit seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculã eius.



فاجاب يسوع وقال لهم مثل لصّ خرجتم بسيوف وعصي
Et respondit Iesus, & ait illis, Tanquam ad latronem existis, cum gladiis, & fustibus,
لتاخذوني وفي كلّ يوم انا معكم في الهيكل اعلّم ولم
ut comprehenderetis me? & quotidie ego uobiscum in templo docebam, & non
تمسكوني ۞ ذلك ليتم الكتاب فتركوه وهربوا تلاميذه
tenuistis me. Hoc ut adimpleretur scriptura, & reliquerunt eũ & fugerũt discipuli eius
كلهم ۞ وكان يتبعهُ شاب عليه ازار علي عرية فامسكوه
omnes. Et sequebatur eum adolescens, super quo erat sindon in nudo, & tenuerũt eũ,
فترك الازار وهرب عريان ۞ فجآوا بيسوع الي رييس
& reliquit sindonem, & aufugit nudus. Adduxerunt autem Iesum ad principem
الكهنة قيافا واجتمع اليه روسآء الكهنة والكتبة والمشيخه
Sacerdotum Caipham. Et conuenerunt Principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores.
وكان بطرس يتبعهُ من بعد الي داخل دار رييس
Petrus autem sequebatur eum à longè, usque intrò in atrium Principis

الكهنة وجلس مع الخدّام عند النار يصطلي ❁

Sacerdotum, & sedit cum ministris apud ignem calefaciendo se.

الفصل الخمسون

Sectio quinquagesima.

فامّا روساء الكهنة والجماعة جميعهم كانوا يطلبون

Principes uerò Sacerdotum, & concilium omne quærebant

شهادةً علي يسوع ليقتلوه فلم يجدوا وكثير شهدوا عليه

testificationẽ aduersus Iesũ, ut occideret eũ, & nõ ĩuenerũt, & multi testificati fuerant

زورًا ولم تتفق شهاداتهم ❁ فاقاموا قومًا شهدوا عليه

cõtra eũ falsũ, & nõ coueniebãt testificationes eorũ. Et surrexerũt q.dã, q. testificauerãt

زورًا قايلين نحن سمعنا هذا يقول اني احل هذا الهيكل

contra eum falsum dicentes. Nos audiuimus hunc dicere, Ego dissoluam hoc templũ,

الذي صنعته الايدي وبعد ثلثة ايام اقيم اخر غير

quod fecerunt manus, & post tres dies erigam aliud non

مصنوع بالايدي ولا هولاء اتفقت شهاداتهم فقام

factum manibus. Neque horum conueniebant testificationes. Surrexit autem

رييس الكهنة في الوسط وسال يسوع قايلًا امّا تجيب بشيء

Princeps Sacerdotum in medium, & interrogauit Iesum dicens, Nõ respõdes quicquã

عمّا يشهد به هولاء عليك فلم يجيب بشيء بل كان

ad ea quæ testificantur isti contra te? Et non respondit quicquam, sed

ساكتًا وساله ايضًا رييس الكهنة وقال له انت هو المسيح

tacebat. Et interrogauit eum rursus Princeps Sacerdotum, & dixit ei. Tu es Christus

ابن الله المبارك فقال له يسوع انا هو ❁ وسترون ابن

filius Dei benedicti? Dixit autem ei Iesus. Ego sum, Et uidebitis filium

الانسان جالسًا عن يمين القوّة جاييًا مع سحاب السماء

hominis sedentem à dextris uirtutis uenientem cum nubibus cœli.

❁ فمزق عظيم الكهنة ثيابه وقال ماذا تحتاجون الي

Scidit autem magnus sacerdos uestimenta sua, & ait: Quid indigetis

شهادة قد سمعتم التجديف ظاهرًا لكم وان جميعهم حكم

testificatione? iam audistis blasphemiam manifestam uobis, & omnes illi iudicauerunt

عليه

عليه بانه مستوجب للموت ۞ وبدا قوم يتفلون عليه
contra eum, quia ipse reus est mortis. Et cæperunt quidam conspuere in eum
و يغطون وجهه و ينقفونه قايلين له تنبّ لنا ايها
& uelare faciem eius, & cędere eum dicentes, prophetiza nobis ô
المسيح من ينقفك الان ۞ وكان الخدّام يلطمونه جدّا ۞
Christe, quis alapis percussit te nunc? Et ministri cędebant eum alapis fortiter.



و بينما بطرس في اسفل الدار جاآت فتاه من جواري
Et dum esset Petrus deorsum in atrio uenit puella una ex ancillis
رييس الكهنة رآته يصطلي فلمّا رآته قالت له وانت ايضا
Prīcipis sacerdotū, uidit eum calefacientē se, & cū uidisset eum dixit illi, & tu quoque
قد كنت مع يسوع الناصري فانكر وقال ليس ادري
fuisti cum Iesu Nazareno. Et negauit, & dixit, Nescio,
ولا اعرف ما تقولين ۞ وخرج الى خارج الدار فصاح
& non cognosco quid dicis. Et exijt extra atrium, & cantauit
الديك و رآته فتاه اخري فقالت للقيام ان هذا منهم
gallus, & uidit eum puella alia, & dixit stantibus, Hic enim est ex illis,

فانكر ايضًا وبعد قليل قال القيام لبطرس حقًا انك
& negauit iterum. Et post pusillum dixerunt stantes Petro. Verè tu es
منهم وانت جليلي وكلامك يشبه كلامهم فبدا يلعن
ex illis, & tu es Galilęus, & loquela tua similis ē loquelę eorū. Et cępit anathematizare,
و يحلف انه ما يعرف هذا الانسان الذي تقولون ثم
& iurare, quia ipse non cognosceret hunc hominem quem uos dicitis. Et
مكانه صاح الديك ثانية فذكر بطرس قول يسوع انك
statim cantauit gallus secundò, & recordatus est Petrus uerbi Iesu, Quia tu
قبل ان يصيح الديك مرتين تنكرني ثلث مرّات
antequam cantet gallus bis, negabis me ter,
فيحول يبكي ✲
& conuertit se ad lachrymas.

الفصل الحادي والخمسون

Sectio quinquagesima prima.

فلمّا اصبحوا ايتمروا روسآء الكهنة مع المشيخة والكتبة
Cū autē peruenisset ad mane cōsiliū fecerūt Prīcipes sacerdotū cū senioribus, & Scribis
ومع ساير الجموع ✲ فاوثقوا يسوع ومضوا به الي بلاطس ✲
& cum reliquis turbis. Et uincierunt Iesum, & duxerunt eum ad Pilatum.
فسأله بلاطس انت ملك اليهود فاجابه قايلًا انت
Et interrogauit eum Pilatus: Tu es Rex Iudęorum? Et respondit ei dicens, Tu
قلت ✲ وقرفه روسآء الكهنه كثيرا ثم سأله بلاطس
dixisti. Et accusauerunt eū Prīcipes sacerdotum multipliciter. Et īterrogauit eū Pilatus
ايضًا أما تجيب بشيء انظر كم يشهدون عليك وان يسوع
iterum. Non respōdes quicquam? Vide quanta testificantur aduersum te? Iesus autem
لم يجيب حتى ان بلاطس عجب ✲
non respondit illi, ita ut Pilatus miraretur.

الفصل الثاني والخمسون

Sectio quinquagesima secunda.

وكان في كل عيد يطلق لهم اسيرًا من احبوا ✲ وكان
Et in omni festo dimittebat eis uinctum quemcumque uoluissent. Et erat
الذي

الذي يقال له بارنبان اسيرًا مع المنافقين الذي كان قد
qui uocabatur Barnabas uinctus cum malignis, qui
فعل في الحبس قتل نفس فصاحت الجماعة و بدات
fecerat in seditione homicidium, & clamauit turba, & cępit
تسال كما قد كان يصنع لهم فاجابهم بلاطس قايلًا
rogare, ficut faciebat illis. Et refpondit illis Pilatus dicens.
اتريدون ان اطلق لكم ملك اليهود لانه قد كان علم
Vultis nè, ut dimittam uobis Regem Iudęorum? Ipfe enim fciebat,
ان روساء الكهنة اسلموه حسدًا ✡ وان روساء الكهنة
quia Principes facerdotum tradidiffent eum ob inuidiam. Principes autem facerdotũ
حرّكت الجماعة بان يسالوه بزيادة ان يطلق لهم
concitauerunt turbam, ut peterent ab eo uehementius, ut dimitteret eis
بارنبان ✡ فاجابهم بلاطس ايضًا وقال لهم ماذا تحبون
Barnabam. Et refpondit eis Pilatus iterum, & dixit eis. Quid uultis
ان اصنع بالذي تقولون عنه انه ملك اليهود فصاحوا
faciam uobis de illo de quo dicitis, quia ipfe eft Rex Iudęorum? Et clamauerunt,
اصلبه فقال لهم بلاطس ايّ شرّ فعل فازادوا صياحًا
Crucifige eum. Et dixit eis Pilatus. Quid mali fecit? Et addiderunt clamorem,
اصلبهُ ✡ فاراد بلاطس ان يرضي الجماعة فاطلق لهم
Crucifige eum. Voluit autem Pilatus fatiffacere turbæ, & dimifit eis
بارنبان واسلم اليهم يسوع مضربًا ليصلب ✡ فذهبت به
Barnabam, & tradidit illis Iefum flagellatum, ut crucifigeretur, & duxerunt eum
الشرط الي داخل الدار الأبروطوريون الذي هو دار
cohortes intra atrium prætorij, qui eft locus
الولاية و جمعوا عليه الشرط ثم البسوه برفير و ضفروا
tribunalis, & cõgregauerunt cõtra eũ cohortẽ, & induerũt eum purpura, & plexerunt
اكليلًا من شوك وتركوه عليه وبدوا يسلمون عليه
coronam de fpinis, & pofuerunt eam fuper illum, & cęperunt falutare eum
قايلين السلم عليك ياملك اليهود و يضربون راسه
dicentes: Aue Rex Iudæorum, & percutiebant caput eius

بقصبة ويتفلون في وجهه و يسجدون له علي ركبهم

arundine, & conſpuebant in faciem eius & adorabant eum ſuper genua ſua.



✿ فلمّا هزئوا به نزعوا عنه البرفير و البسوه ثيابه ✿ ثم

& cùm illudiſſent ei exuerunt illum purpura, & induerunt eum ueſtimentis ſuis. &

اخرجوه ليصلبوه وسخروا رجلًا يسمي سمعان القورنثاني

eduxerunt eum ut crucifigerẽt eũ, & ãgariauerũt uirũ qui uocabatur Simon cyrenęus

جائيًا من الحقل و هو ابو الاكسندروس و روفس

uenientem de uilla, & ipſe erat pater Alexandri, & Rufi,

ليحمل صليبه ✿ و اتوا به الي الجاجلة التي تاويلها

ut ferret crucem eius. Et adduxerunt eum in Golgotha, cuius interpretatio eſt

الجمجمة ✿ واعطوه خمرًا ممزوجة بمر ليشرب فلم ياخذه ✿

Caluaria. & dederunt ei uinum miſtum cum myrra, ut biberet, & non accepit illud.

ولمّا صلبوه اقتسموا ثيابه بالقرعة عليها ✿ وذلك في

Et cùm crucifixiſſent eum, diuiſerunt ueſtimenta eius cum ſorte ſuper illa. Et hoc in

ثلث ساعات و صلب ✿

tertia hora, & crucifixus eſt.

الفصل

الفصل الثالث والخمسون

Sectio quinquagesima tertia.



وكانت عليه كتابة مكتوبة هذا ملك اليهود ۞ وصلبوا
Et erat super illum inscriptio scripta. Hic est Rex Iudęorum. Et crucifixerunt
معه لصين واحدا عن اليمين وواحدًا عن يساره ۞
cum eo duos latrones, unum à dextris, & unum à sinistris eius.
وتمّ الكتاب الذي يقول مع المنافقين حسب ۞ والذين
Et completa est scriptura, quę dicit. Cum iniquis reputatus est, Et qui
كانوا يمرون به يجدفون عليه ويحركون روسهم
præteribant ante eum blasphemabant eum, & mouebant capita sua:
ويقولون ياايّها الذي ينقض الهيكل ويبنيه في
& dicebant, O qui destruit templum, & ædificat illud in
ثلثة ايام تخلّص وانزل من الصّليب ۞ وكان روساء الكهنة
tribus diebus, saluum te fac, & descende de Cruce. Et principes sacerdotum
يتهزاون بعضهم مع بعض والكتبة قايلين خلّص
illudebant alter cum altero, & Scribæ dicentes, Saluos

اخرين ولنفسه لم يقدر ان يخلّص ان كان هو المسيح
fecit alios, & ſemetipſum non potuit ſaluum facere. Si eſt ipſe Chriſtus
ملك اسرايل ينزل الان من الصّليب لننظره ونومن ۞
Rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, ut uideamus eum, & credemus.
واللذان صُلبا معه يعيرانه ايضًا ۞ فلمّا كانت السّاعة
Et qui crucifixi fuerant cum eo conuitiabantur ei ſimiliter. Cùm autem eſſet hora
السادسة صارت ظلمة علي الارض الي السّاعه التاسعة
ſexta factæ ſunt tenebræ ſuper terram uſque ad horam nonam.

الفصل الرابع والخمسون

Sectio quinquageſima quarta.

وفي الساعة التاسعة صرخ يسوع بصوت عال الوي
Et hora nona exclamauit Ieſus uoce alta. Elui
الوي ليما صافختاني الذي تاويله الهي الهي لماذا تركتني
Elui lima ſaphactani? cuius ĩterpretatio ẽ, Deus meus Deus meus quare dereliq̃ſti me?
فقال قوم سمعوه من القيام انما دعا ايليا ۞ فبادر واحد
Et dixerunt quidam qui audierunt ex ſtantibus, quia uocat Eliam. Et cucurrit unus
فملا اسفنجة خلّا ووضعها علي قصبة ليسقيه قايلًا
& impleuit ſpongiam aceto, & poſuit eam in arundine, ut potum daret ei dicens.
خلوه لينظر ايليا حتي ياتي وينزله ۞ فصرخ يسوع بصوت
Sinite eum uideamus, Elias ſi uenit, & deponat eum. Et exclamauit Ieſus uoce
عظيم واسلم الروح ونام ۞ فانشق ستر حجاب الهيكل
magna, & tradidit ſpiritum, & dormiuit. Et ſciſſum eſt uelum intermedium templi
بين اثنين من فوق الي اسفل ۞ فلمّا راي قايد المايه
in duo, à ſummo, uſque deorſum. Cùm autem uidiſſet Centurio
الذي كان قايمًا قدّامه انه صارخًا كذا قد اسلم الروح
qui ſtabat ex aduerſo ipſius, quia clamans ſic tradidiſſet ſpiritum,
قال حقًّا ان هذا الانسان هو ابن الله ۞ وكن نسوة
dixit. Verè quidem hic homo eſt filius Dei. Et mulieres
ينظرن من بعيد منهن مريم المجدلية ومريم امّ يعقوب
aſpiciebant à longè, ex quibus erat Maria Magdalene, & Maria mater Iacobi
الصغير

الصغير وامّ يوسا وسالومي هولآهن اللواتي معه من
minoris, & mater Ioseph, & Salome, hę sunt quæ cum ipso erant à
الجليل يخدمنه واخر كثيرات صعدن معه من
Galilæa, quæ ministrabant illi, & alię multæ quæ ascenderant cum eo ab
يروشليم ✡ فلمّا كان المسآء لانها كانت الجمعه التي هي قبل
Ierosolyma. Et cùm esset factum sero, quia erat Parasceue, quod est ante
السبت وافي يوسف من الرّامة وكان حسن الزي مُهاباً
sabbathum, uenit Ioseph ab Arimathæa, & erat nobilis decurio grauis,
داراي وكان رجلًا يترجي ملكوت اللّه جسر ودخل
aspectu regio, & erat uir, qui expectabat regnum Dei, ausus est, & introiuit
الي بلاطس وطلب منه جسد يسوع وان بلاطس
ad Pilatum, & petijt ab eo corpus Iesu. Pilatus autem
تعجب ان كان مات فدعا القايد مستعلمًا منه اي وقت
mirabatur quòd esset mortuus, & uocauit Centurionem quęrens scire ab eo qua hora



مات فلمّا علم من قبل القايد امره دفع جسد يسوع
mortuus esset, Et cùm cognouisset à Centurione præcepit ille dari corpus Iesu

ليوسف ۞ فاشتري لفافة ولفّهُ بها و وضعه في جدث
Ioſeph. Mercatus enim fuerat ſindonē, & inuoluit eū in ea, & poſuit eū ī monumēto
منقور في صخرة و وضع حجرًا علي باب القبر ۞ وكانت
exciſo in petra, & poſuit lapidem ad oſtium monumenti.
مريم المجدلية ومريم امّ يوسا تنظران اين ترك ۞ فلمّا
Maria autem Magdalene, & Maria mater Ioſeph aſpiciebant ubi poneretur. Et cùm
كان السّبت ابتاعت مريم المجدلية ومريم امّ يعقوب
factum eſſet ſabbathum emerunt Maria Magdalene & Maria mater Iacobi
وسالومي طيبًا ليطيبن يسوع ۞ وفي احد السبوت
& Salome aromata, ut aromatizarent Ieſum. Et in una ſabbatorum
باكرًا جدا وافين القبر ان طلعت الشمس قايلات بعضهن
mane ualdè uenerunt ad monumentum, cùm ortus eſſet ſol, dicentes altera earum
لبعض من يدحرج لنا الحجر عن باب القبر فتطلعن
ad alteram, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & aſpexerunt



ونظرن الحجر قد دحرج لانه كان عظيما جدًّا فلمّا دخلن
& uiderunt lapidem qui iam reuolutus erat, erat quidem magnus ualde. cū introiſſent
القبر

القبر نظرن شاباً جالسًا عن اليمين عليه لباس ابيض
monumentum uiderunt iuuenem, ſedentem à dextris, ſuper eum erat ſtola candida,
فخفن ۞ فقال لهن لا تخفن اتطلبن يسوع الناصري
& perterritę ſunt. dixit eis, Ne timeatis, quæritis nè Ieſum Nazarenum
المصلوب قد قام ليس هو هاهنا وها الموضع الذي
crucifixum. iam ſurrexit, non eſt hic. & eccè locus, in quo
وضعوه فيه لكن اذهبن وقلن لتلاميذه ولبطرس انه
poſuerunt eum, ſed ite, & dicite diſcipulis eius, & Petro, quia ipſe
يسبقكم الي الجليل هناك ترونه كما قال لكم ۞ فلمّا سمعن
pręcedet uos in Galilęam, ibi uidebitis eum, ſicut dixit uobis. Cum autem audiſſent
خرجن وفررن من القبر لان الرعدة والتحير اخذهن
exierunt, & fugerunt de ſepulchro quoniam tremor, & pauor apprehenderat eas,
فلم يقلن لاحد شيا لانهن خفن ۞ وقام باكرًا احد
& non dixerunt alicui quicquam, quia ipſę timebant. & ſurrexit mane prima



السبوت وظهر اولًا لمريم المجدلانية التي خرج منها
ſabatorum, & apparuit primo Marię Magdalenę de qua eiecerat

سبعة شياطين ۞ فانطلقت واخبرت للذين كانوا معه
ſeptem dæmonia. Ipſa autem abijt, & annunciauit illis qui fuerant cum eo,
الذين كانوا ينحون ويبكون فلمّا سمع اوليك انه
qui lugebant, & flebant. Cum autem audiſſent iſti, quia ipſe
حيّ وانها ابصرته لم يصدقن ۞ ومن بعد هولاء تراآ
uiuus eſſet, & quia ipſa uidiſſet eum, non crediderunt. Poſt hæc autem apparuit
لاثنين منهم وهما منطلقين الى قرية في لباس اخر
duobus ex eis, & ipſi duo erant euntes in caſtellum in ueſtimentis alijs
فجاء ذانك واخبرا البقية ولا بهذين ايضا صدّقوا
& iuerunt ij, & nuntiauerunt cęteris; nec iſtis etiam crediderunt.
وبعد ذلك والاحد عشر مجتمعين ظهر لهم وبكتهم لقلة
Poſt hoc autē, & undecī cōgregatis apparuit eis & exprobrauit eos propter paruitatem
ايمانهم وقسوة قلوبهم لانهم لم يومنوا بالذين ابصروه وانه
fidei eorū, & duritiā cordiū eorum qa nō crediderūt illis, qui uiderunt eum, quia ipſe



قام من الاموات فقال لهم انطلقوا الى العالم اجمع واكرزوا
ſurrexit à mortuis. & dixit eis, Ite in mundum uniuerſum, & prædicate
بالانجيل

بالانجيل في الخليقة كلها فمن امن واعتمد خلص
Euangelium creaturæ omni. Qui enim crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit,
ومن لم يومن يدان وهذه الايات تتبع المومنين باسمي
qui uerò nō crediderit cōdēnabitur. Et hæc signa sequentur credentes, in nomine meo
يخرجون الشياطين ويتكلمون بلغات الالسن
eijcient dæmonia, & loquentur idiomatibus linguarum,
ويحملون بايديهم الحيّات فلاتوديهم وان اكلوا شيًا
& tollent manibus suis serpentes, & non nocebunt eis, & si comederint aliquid
مميتاً فلا يضرّهم ويضعون ايديهم علي المرضي فيبرون
mortiferum, non nocebit eis, & ponent manus suas, super ægros & benè habebunt
ومن بعد ما كلّمهم الربّ يسوع ايضاً ارتفع الي السماء
& post quam locutus est eis Dominus Iesus iterum eleuatus est in cælum,
وجلس عن يمين الاب وخرج اوليك فكرزوا في
& sedit à dextris Patris. & exierunt illi, & prædicauerunt in
كلّ مكان والربّ كان يعمل معهم وتشدّدوا بالكلمة من
omni loco. Et Dominus operabatur cum illis, & confirmati sunt in sermone
اجل العلامات التي كانت تتبعهم امين ✡
propter signa, quæ sequebantur eos. Amen.
الي ابد الاباد كلها امين ✡
in secula seculorum omnium Amen.

بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد ۞
In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Dei unius
بشارة الاب الفاضل لوقا الانجيلي فاتحة الانجيل المجيد
Euangelium Patris excellentis Lucę Euangelistę. Aperitio Euangelij gloriosi.



لأجل ان كثيرين راموا ترتيب قصص الامور التي
Quoniam quidem multi uoluerunt ordinare narrationem eorum quæ
كملت فينا كما عهد الينا اوليك الذين كانوا منذ
completa sunt in nobis, ſicut tradiderunt nobis illi, qui ab
البدء يبصرون وكانوا خدّامًا للكلمة رآيت انا ايضًا
initio uiderant, & fuerant miniſtri ſermonis: uiſum eſt & mihi,
اذكنت تابعًا لكلّ شئ بتحقيق ان اكتب اليك ايها
cum eſſem aſſecutus omnia, ſecundum ueritatem ſcribere tibi

العزيز

العزيز ثاوفيلا لتعرف حقايق الكلام الذي وعظت به
optime Theophile, ut cognoſcas ueritates ſermonum quibus eruditus fuiſti.
☼ كان في ايام هيرودس ملك اليهوديه كاهن اسمهُ زكريا
Fuit in diebus Herodis Regis Iudçæ Sacerdos, cui nomen erat Zacharias
من خدمة آل ابيّا وامرأتهُ من بنات هرون واسمها
de miniſterio familiæ Abiæ: & uxor eius de filiabus Aron, & nomen eius
اليصابات وكان كلاهما بارّين قدّام الله سايرين في جميع
Elizabeth. Et erant ambo iuſti ante Deum incedentes in omnibus
الوصايا وحقوق الربّ بغير عيب ولم يكن لهما ولد
mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine macula, & non erat illis filius,
لان اليصابات كانت عاقرًا وكانا كلاهما قد طعنا في ايامهما
eò quòd Elizabeth eſſet ſterilis, & ambo attigiſſent dies ſuos
فبينما هو يكهن في ايام ترتيب خدمته امام الله كعادة
Et dũ ipſe ſacerdotio fũgeret ĩ diebus ordinis miniſterij ſui ãte Deũ ſecũdũ cõſuetudi-
الكهنوت اذ بلغته نوبة وضع البخور فدخل الى هيكل
nẽ Sacerdotij, cùm eò temporis ſuum eſſet ponere incenſum, ingreſſus eſt in templum
الربّ وكان جميع الشعب يصلّون خارجًا في وقت
Domini, & omnis populus orabat foris hora
البخور فظهر له ملاك الربّ قايمًا عن يمين مذبح البخور
incenſi, & apparuit illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi.
فلمّا رآه زكريا اضطرب وغشيه خوف عظيم فقال له الملاك
Cũ autẽ uidiſſet eũ Zacharias turbatus ẽ, & ĩuaſit eũ timor magnus, & dixit ei Angelus
لا تخف يا زكريا قد سمعت طلبتك وامرأتك
Nè timeas Zacharia, iam exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua
اليصابات تلد ابنًا وتدعوا اسمه يُوحنّا ويكون لك
Elizabeth pariet filium, & uocabunt nomen eius Iohannem, & erit tibi
فرح عظيم وتهليل وكثير يفرحون بمولده ويكون عظيمًا
gaudium magnũ, & exultatio, & multi gaudebunt in natiuitate eius: erit autẽ magnus
قدام الربّ لا يشرب خمرًا ولا مسكرًا ويمتلي من روح
coram Domino: non bibet uinum, neque ſiceram, & replebitur ſpiritu

القدس وهو في بطن امّه ويعيد كثيرًا من بني اسرايل
ſancto adhuc in uentre matris ſuæ. Et conuertet multos filiorum Iſrael
الي الربّ الههم وهو يتقدّم امامه بالروح و بقوة ايليا
ad Dominum Deum eorum, & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & uirtute Eliæ,
ويقبل بقلوب الآبا علي الابنا والذين لا يطيعون الي
& conuertet corda patrum in filios, & non obediunt ad
علم الأبرار ويعدّ للربّ شعبًا مستقيما فقال زكريا للملاك
ſcienti am iuſtorum, & parabit Domino plebem iuſtam. Et dixit Zacharias Angelo.



كيف اعلم هذا وانا شيخ وامرأتي قد طعنت في ايامها
Quomodo ſciam hoc, cum ſim ſenex, & uxor mea iam proceſſit in diebus ſuis?
فاجاب الملاك وقال له انا جبريل الواقف قدّام الله
& reſpondit Angelus, & dixit ei: Ego ſum Gabriel, ſtans ante Deum,
أرسلت اكلمك بهذا وابشرك ومن الان تكون صامتًا
miſſus ſum, ut loquar tecum hoc, & euangelizem tibi, ex nunc eris mutus,
لا تستطيع تتكلم الي اليوم الذي يكون هذا لانك
non poteris loqui uſque in diem in quo fiet hoc, propterea quòd
لم تومني

لم تومن بكلامي الذي يتمّ في اوانه وكان الشعب
non crediditi uerbo meo, quod adimplebitur in tempore ſuo. Et erat plebs
منتظرين زكريا متعجبين من بطيه في الهيكل فلمّا
expectantes Zachariam admirati tarditatem eius in templo. Cùm autem
خرج لم يقدر ان يكلّمهم فعلموا انهُ قد رآي رويا في
egreſſus eſſet, non poterat loqui ad illos: & intellexerunt quod uidiſſet uiſionem in
الهيكل وكان يشير اليهم واقام صامتاً فلما كملت ايام خدمته
templo, & annuebat illis, & permanſit mutus. Et cùm impleti eſſent dies miniſterii ſui
مضي الي بيته ومن بعد تلك الايام حملت اليصبات
abijt in domum ſuam. Et poſt illos dies grauida facta eſt Elizabeth
امراته وكتمت حبلها خمسة اشهر قايلة هذا ما صنع بي
uxor eius, & abſcōdit grauiditatē ſuā quīque menſibus, dicēs, Hoc eſt quod fecit mihi
الربّ في الايام التي نظر اليّ فيها لينزع عني عاري بين
Dominus in diebus quibus reſpexit in me ad auferendum à me opprobrium inter
الناس ۞
homines.

الفصل الثاني

Sectio ſecunda.

وفي الشهر السادس ارسل جبريل الملاك من عند اللّه
In menſe autem ſexto miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo
الي مدينة في الجليل تسمي ناصرة الي عذرآء خطيبة
in ciuitatem Galilęæ, quę uocatur Nazareth, ad Virginem deſponſatam
لرجل اسمهُ يوسف من بيت داود واسم العذرآء مريم فلمّا
uiro, cuius nomen erat Ioſeph de domo Dauid: & nomen Virginis Maria. Et cùm
دخل اليها الملاك قال لها افرحي يا ممتلية نعمة الرب
ingreſſus eſſet ad eam Angelus, dixit ei: Aue ò plena gratia, Dominus
معك مباركة انت في النسآء فلمّا راته اضطربت من
tecum: Benedicta tu in mulieribus. Cùm autem uidiſſet eum turbata eſt in
كلامه وفكرت قايلة ما هذا السّلم فقال لها الملاك لا
ſermone eius, & cogitauit dicens, Quæ eſt iſta ſalutatio? Et ait Angelus, Ne

تخافي يا مريم فقد ظفرت بنعمة من عند الله وانت
timeas Maria, lucrata enim es gratiam apud Deum. Tu namque



تقبلين حبلاً وتلدين ابناً وتدعين اسمه يسوع هذا
recipies grauidationem, & paries filium: & uocabis nomen eius Ieſum. Hic
يكون عظيماً وابن العلي يدعي ويعطيه الربّ الاله كرسي
erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem
داود ابيه ويملك علي بيت يعقوب الي الابد ولايكون
Dauid patris eius, & regnabit, in domo Iacob in eternum, & non erit
لملكه انقضاء فقالت مريم للملاك كيف يكون لي هذا
Regni eius finis. & dixit Maria angelo. Quomodo fiet michi hoc,
ولم اعرف رجلاً ☼ فاجاب الملاك وقال لها روح القدس
cùm non cognouerim hominem? & reſpondit Angelus, & dixit ei, Spiritus ſanctus
يحلّ عليك وقوة العلي تظللك لان المولود منك
deſcendet ſuper te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, quoniam natus ex te
قدوس وابن الله يدعي ☼ وهوذا اليصبات نسيبتك
ſanctus eſt, & filius Dei uocabitur. Et eccè Elizabeth cognata tua
حبلي

حبلي بابن علي كبر سنها وهذا الشهر السّادس لتلك

grauida facta est in filium, in magnis annis suis & hic mensis est sextus illi,

التي تدعا عاقراً لانه ليس عند الله امر عسير فقالت مريم

quæ uocatur sterilis, quoniam non est apud Deum quicq̃ difficile. Dixit autem Maria

للملاك هانذه عبدة للرب فليكن لي كقولك وانصرف

Angelo. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, & discessit

عنها الملاك ❁

ab ea Angelus.

الفصل الثالث

Sectio tertia.

فقامت مريم في تلك الايام ومضت مسرعة الى الجبل

Et surrexit Maria in illis diebus, & abijt festinando in montem



الى مدينة يهودا ودخلت الى بيت زكريا وسلّمت على

in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zacharię. & salutauit

اليصابات فلمّا سمعت اليصابات صوت سلام مريم تحرّك

Elizabeth. Et cum audisset Elizabeth uocem salutationis Marię motus est,

الجنين في بطنها فامتلات اليصابات من روح القدس
infans in utero eius, & repleta est Elizabeth spiritu sancto:
وصرخت بصوت عظيم وقالت مباركة انت في النسآء
& exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu in mulieribus,
ومباركة ثمرة بطنك من اين لي هذا ان تاتي ام ربّي الي
& Benedictus fructus uētris tui. Vnde mihi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad me?
لاني منذ وقع صوت سلامك في اذني تحرك الجنين
Vbi enim cecidit uox salutationis tuæ in auribus meis, motus est infans
بتهليل في بطني فطوبي للتي امنت ان يتم ما قيل لها من
cū exultatione in utero meo. Et Beata quæ credidisti q̄m perficient quę dicta sunt ei à
قبل الربّ فقالت مريم تعظم نفسي الربّ ويهلّل روحي
Domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus
بالاله مخلصي لانه نظر الي تواضع أمته ان من الان
in Deo salutari meo: Quia respexit humilitatem Ancillę suæ: Quia ex nunc
يعطيني الطوبي جميع الاجيال صنع بي القوي عظايم
dabunt mihi beatitudinem omnes generationes. Fecit mihi potens magna,
وقدوس اسمه ورحمته لجيل الاجيال لخايفيه صنع
& Sanctū nomē eius. Et misericordia eius ī generationē gn̄onum timētibus eū. Fecit
القوّة بذراعه فرّق المستكبرين بفكر قلوبهم انزل
uirtutem in brachio suo: dispersit superbos mente cordium eorum. Deposuit
الاعزّا عن الكراسي ورفع المتواضعين اشبع الجياع
potentes de sedibus, & exaltauit humiles. Satiauit esurientes
من الخيرات ارسل الاغنيآء فرّغاً عضد اسرايل فتاه
bonis: dimisit diuites inanes. Suscepit Israel puerum suum,
وذكر رحمته كالذي قال لابانا ابرهيم وزرعه الي الابد
& recordatus ē misericordię suę, ueluti q̄ locutus fuerat pr̄ibus nr̄is Abrahā, & semini
واقامت مريم عندها نحو من ثلثة اشهر وعادت الي بيتها
eius ī secula. Et stetit Maria apud eā quasi tribus mensibus: & reuersa est ī domū suā.

الفصل الرابع
Sectio quarta.

ولما

ولمّا تمّ زمن اليصابات لتلد فولدت ابناً فسمع جيرانها

Cũ autẽ impletũ eſſet tẽpus Elizabeth, ut pareret, peperit filiũ, & audierũt uicini eius,

واقرباها ان الربّ قد عظم رحمته لها ففرحوا معها فلمّا

& cognati eius, quia Dñus magnificauerat mĩam ſuã illi, & cõgratulati ſũt ei. Et cùm

كان في اليوم الثامن جاوا ليختتنوا الصبي ودعوه باسم

factum eſſet in die octauo, uenerũt, ut circũciderẽt puerũ, & uocauerunt eum nomine

ابيه زكريا فاجابت امه قايلة لالكن ادعوه يوحنّا فقالوا

pr̃is ſui Zachariã; Et reſpõdit mater eius dicẽs: Nequaquã, ſed uocate eũ Iohãnẽ, Et

لها ليس احد في جنسك يدعي بهذا الاسم فاشاروا الي

dixerunt ei, Non eſt aliquis in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Et innuerunt

ابيه ماذا تريد ان تسميه فاستدعي لوحًا وكتب قايلاً اسمه

patri eius, Quẽ uis uocari eum? Et poſtulauit pugillarẽ & ſcripſit dicẽs, Nomẽ eius eſt

يوحنّا فتعجب جميعهم وانفتح فاه من ساعته ولسّانه

Iohannes. Et mirati ſunt uniuerſi. Et apertum eſt os eius illico & lingua eius,

وتكلّم وبارك الله وصار خوف علي جميع جيرانهم وتحدّث

& locutus eſt, & benedixit Deũ, & factus ẽ timor ſup̃ omnes uicinos eorũ, & loquebat̃

بهذا الكلام في جميع تخوم يهودا وفكر جميع السّامعين

de hoc uerbo in omnibus finibus Iudæę: & cogitauerunt omnes audientes

في قلوبهم قايلين ماذا تري يكون من هذا الصبي ويد

in cordibus ſuis, dicentes, Quid putas futurum eſſe de hoc puero? Et manus

الربّ كانت معه فامتلا زكريا ابوه من روح القدس وتنبّي

Domini erat cũ illo. Et repletus eſt Zacharias pater eius ſpiritu ſancto, & prophetauit,

قايلاً مبارك الربّ اله اسرايل الذي اطلع وصنع

dicens, Benedictus Dominus Deus Iſrael: qui uiſitauit, & fecit

نجاةً لشعبه واقام لنا قرن خلاص من بيت داود فتاه

redemptionem populi ſui: Et erexit nobis cornu ſalutis de domo Dauid pueri ſui:

كالذي تكلم علي افواه انبيايه القديسين من الابد خلاص

ueluti qui locutus eſt per ora prophetarum eius ſanctorum ab æterno: ſalutem

من اعداينا ومن ايدي كل مبغضينا ليصنع رحمةً

ex inimicis noſtris, & de manibus omnium odiẽtiũ nos. Ad faciendam miſericordiam

مع ابائنا وذكر عهده المقدّس القسم الذي عهد به لابرهيم
cũ p̃ribus nr̃is, & recordatus eſt teſtamẽti ſui ſãcti. Iuſiurãdũ quod promiſit ad Abrahã
ابينا ليعطينا الخلاص بلا خوف من ايدي اعدائنا
patrẽ noſtrum ſe daturũ nobis ſalutẽ ſine timore de manibus inimicorum noſtrorum
لنخدمه بالبرّ والعدل قدامه كل ايام حياتنا وانت
ut ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus uitæ noſtræ. Et tu
ايها الصبي بني العلي تدعا وتنطلق قدام وجه الربّ
ò puer propheta Altiſſimi uocaberis: & ibis ante faciem Domini
لتعد طرقه ليعطي علم الخلاص لشعبه لمغفرة خطاياهم
ad pręparãdas uias eius. Ad dãdã ſciẽtiã ſalutis populo eius ĩ remiſſionẽ peccatorũ ſuo-
من اجل تحنن رحمة الهنا الذي افتقدنا اشرق من العلو
rum. Per uiſcera miſericordię Dei noſtri qui uiſitauit nos. Ortus eſt ab alto
ليضي للجالسين في الظلمة وظلال الموت لتستقيم ارجلنا
ad illuminandũ ſedentibus in tenebris, & umbra mortis: ad dirigendos pedes noſtros
لسبل السلامة فامّا الصبي فكان يشبّ ويتقوي بالروح
in uias pacis. Puer autem adoleſcebat & confortabatur ſpiritu,
واقام في البراري الي يوم ظهوره لاسرايل
& ſtabat in deſertis uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

الفصل الخامس

Sectio quinta.

ولمّا كان في تلك الايام خرج امر من اوغسطس قيصر بان
Et cùm factum eſſet in illis diebus exiit edictum ab Auguſto Cęſare, ut
تكتتب جميع المسكونه وهذه الكتابة الاولي في ولاية
deſcriberetur uniuerſus orbis. Et iſta deſcriptio prima fuit tempore dominij
قرينوس علي الشام فمضي جميعهم ليكتتب كلّ واحد
Cyrini ſuper Syriam. Et ibant omnes ut deſcriberetur, unuſquiſque
منهم في مدينته فصعد يوسف ايضا من الجليل من
ex eis in ciuitatem ſuam. Aſcendit autem Ioſeph quoque à Galilæa de
مدينة الناصرة الي اليهودية الي مدينة داود التي
ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid quæ
تدعي

تدعي بيت لحم لانه كان من بيت داود وابوته ليكتتب
uocatur Beth-lehem: eoquod esset de domo Dauid & familia eius ut describeretur
مع مريم خطيبته وهي حبلي فبينما هما هناك ان تمّت
cum Maria sponsa sua, & ipsa erat prægnans. Et dum ipsi essent ibi cùm impleti essent
ايام ولادها لتلد فولدت ابنها البكر ولفته وتركته في
dies partus eius, ut pareret, peperit filiũ suũ primogenitũ, & inuoluit eũ & posuit eũ ĩ



مدود لانه لم يكن لهما موضع حيث نزلا ۞ وكان في
præsepio, quia non erat eis locus in quo diuersarentur. Et erant in
تلك الكورة رعاة يرعون في الحقل ويسهرون حراسة
illa regione pastores qui pascebant in agro, & uigilabant custodientes
الليل نوبًا علي مراعيهم واذا ملاك الربّ قد وقف بهم
noctem iuxta uigilias super greges suos. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos,
ومجد الربّ اشرق عليهم فخافوا خوفًا عظيمًا فقال لهم
& gloria Domini orta est super illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis
الملاك لا تخافوا الان ها هوذا ابشّركم بفرح عظيم هذا
angelus: Ne timeatis: ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, hoc

يكون بجميع الشعب لانه ولد لكم اليوم مخلص الذي
erit omni populo: quia natus est uobis hodie Saluator qui
هو المسيح الربّ في مدينة داود وهذه علامة لكم انكم
est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc signum erit uobis quia



تجدون طفلا ملفوفا موضوعا في مدود وللوقت بغتة
inuenietis infantem inuolutũ positum in præsepio. Et subito statim
تراي مع الملاك جنود كثيرة سمائيون يسبحون
apparuit cum Angelo exercitus multus cœlestium qui laudabant
اللّه ويقولون المجد للّه في العلا وعلي الارض السّلم وفي
Deum, & dicebant. Gloria Deo in excelsis, & in terra pax, & in
الناس المسّرة ۞
hominibus hilaritas.

الفصل السّادس

Sectio sexta.

فلمّا صعد الملايكة عنهم الي السماء قال الرّجال الرعاة
Cùm autem ascendissent angeli ab eis in cœlum dixerunt uiri pastores
بعضهم

بعضهم لبعض امضوا بنا الى بيت لحم لننظر الكلام الذي

alter ex eis ad alterum, Tranſeamus uſque Beth-lehem ut uideamus uerbum quod

كان اعلمنا به الربّ فجآوا مسرعين فوجدوا مريم ويوسف

docuit nos Dominus. Et uenerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph

والطفل موضوعًا في مذود فلمّا رآوه علموا من اجل الكلام

& infantem poſitum in prȩſepio. Cùm autem uidiſſent eum cognouerunt de ſermone

الذي قيل لهم عن هذا الصبي وكلّ من سمع تعجب مما

quod dictum fuerat eis de hoc puero. Et omnes qui audierunt mirati ſunt de eo quod

تكلم به الرعاة معهم وكانت مريم تحفظ هذا الكلام كله

locuti ſunt paſtores cum eis. Maria autem conſeruabat hunc ſermonem totum,

وتعيه في قلبها ورجع الرعاة يمجّدون الله ويسبحون

& conferebat in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, qui glorificabāt Deũ, & laudabāt

علي كلّما سمعوا وعاينوا كما قيل لهم ☼

in omnibus quæ audierant & uiderant ſicut dictum fuit ad eos.



الفصل السابع

Sectio ſeptima.

فلمّا تمت ثمنية ايام ليختن الصبي ودعوا اسمه يسوع كالذي
Cū autē cōpleti essēt octo dies circūcisus ē puer: & uocauerūt nomē eius Iesū, secūdū
دعاه الملاك قبل ان يحبل في البطن ✿ فلمّا كملت
quod uocauerat illud angelus āte quàm cōciperetur in utero. Cū autem cōpleti essent
ايام تطهيرها كناموس موسي صعدوا به الي اروشليم
dies purificationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem
ليقيموه للربّ كما هو مكتوب في ناموس الربّ ان كلّ
ut sisterent eum Domino sicut scriptum est in lege Domini, Quia omnis
ذكر فاتح رحم امه يدعي قدوس الربّ ويقرّب عنه كما قيل
masculus aperiēs uuluā matris suę uocabit' sāctus Dñi, & offerrēt pro eo, sicut dictū est
في ناموس الربّ زوجا يمام او فرخا حمام وكان انسان
in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Erat autem homo
بيروشليم اسمه سمعان وكان رجلاً باراً تقياً يرجو عز
ī Ierusalē, cuius nomē erat Simeō, & erat uir iustus timoratus, q expectabat cōsolatio-
اسرايل وروح القدس كان عليه وكان قد اوحي اليه
nem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et reuelatum fuerat ei
من روح القدس انه لا يري الموت حتي يعاين المسيح
a spiritu sancto quia non uideret mortem usquequo uideret Christum
الربّ فاقبل بالروح الي الهيكل عندما جيء بالطفل يسوع
Domini. Et iuit in spiritu in templum eo temporis quo induceretur infans Iesus
من ابويه ليصنعا عنه كما يجب في الناموس فحمله علي
à parentibus suis ut facerent pro eo sicut conueniebat in lege: & accepit eum in
ذراعيه وبارك الله قايلاً الان ياسيّد اطلق عبدك
ulnas suas, & benedixit Deum, dicens, Nunc Domine dimitte seruum tuum
بسلام ككلامك لان عينيّ قد ابصرتا خلاصك
in pace secundum sermonem tuum: quia oculi mei uiderunt salutare tuum.
الذي اعددت قدام وجه جميع الشعوب نوراً استعلن
Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen quod apparuit
للامم ومجداً لشعبك اسرايل وكان يوسف وامّه يتعجبان
gentibus: & gloriam plebi tuę Israel: Et Ioseph & mater eius mirabantur
مما كان

مما كان يقال من اجله وباركهما سمعان وقال لمريم اُمه
de eo quod dicebatur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit Mariæ matri eius,
هاهوذا هذا موضوع لسقوط وقيام كثير من اسرايل
Ecce hic positus est in casum, & resurrectionem multorum ex Israel,
وعلامة المرآء وانت فسيجوز رمح الشك في نفسك
& in signum contradictionis: Et tu, pertransibit lancea scandali animam tuam,
لتظهر افكار في قلوب كثيرة وكانت حنّه النبية ابنة
ut manifestentur cogitationes in cordibus multis. Et Anna Prophetissa filia
فنويل من سبط اشير قد طعنت في ايامها عاشت مع
Phanuel, de tribu Aser iam peruenerat ad dies suos, uixerat cum
زوجها سبع سنين بعد بكوريتها وترملّت اربعة
uiro suo septem annis post uirginitatem suam. Et uidua facta est quatuor
وثمنين سنة غير مفارقة الهيكل عابدة بالصوم والطلبة
& octoginta annos absque discessu à templo, seruiens ieiunijs & obsecrationibus
ليلاً ونهارا وفي تلك الساعة جاآت قدامه معترفة
nocte ac die. Et in illa hora uenit ante eum confitens
لله وكانت تتكلم من اجله عند كلّ احد يترجي خلاص
Deo, & loquebatur de illo apud quemcumque qui sperabat redemptionem
اسرايل فلمّا اكملوا كلّ شيُ كناموس الربّ رجعوا
Israel. Et cùm perfecissent omnia secundum legem Domini reuersi sunt
الي الجليل الي مدينتهم الناصرة ✡
in Galilęam in ciuitatem eorum Nazareth.

الفصل الثامن

Sectio octaua.

فاما الصبي فكان ينشاء و يتقوّي بالرّوح و يمتلي بالحكمة
Puer autem crescebat & corroborabatur spiritu: & reimplebatur sapientia,
ونعمة الله كانت عليه وابواه يمضيان الي يروشليم كلّ
& gratia Dei erat in illo. Et parentes eius ibant in Ierusalem singulis
سنة في عيد الفصح فلمّا تمت له اثنتا عشرة سنة مضوا
annis in festo Paschę. Et cum perfecti essent ei duodecim anni abierunt

الي يروشليم الي العيد كالعادة فلمّا كملت الايام
in Ierusalem in festo secundum consuetudinem, & cùm consumati essent dies
ليعودوا تخلّف عنهما الصبي يسوع في يروشليم ولم تعلم
ut redirent, remansit ab eis puer Iesus in Ierusalem, & non sciuit
امّه ويوسف لانهما كانا يظنان انه مع السّايرين في
mater eius & Ioseph. Quia ipsi existimabant eum esse cum euntibus in
الطريق ولمّا سارا نحو يوم طلباه عند اقربايهما
uia. Et cùm ambulassent ueluti diem unum quęsiuerunt eum apud cognatos suos,



ومعارفهما فلم يجداه فرجعا الي يروشليم يطلبانه وبعد
& notos suos, & non inuenerunt eũ. Et reuersi sunt in Ierusalẽ quærẽtes eum. Et post
ثلثة ايام وجداه في الهيكل جالسًا في وسط المعلّمين
tres dies inuenerunt eum in templo, sedentem in medio doctorum,
يسمع منهم ويسألهم ❁ وكان كلّ من يسمعه مبهوتين
qui audiebat eos & interrogabat eos. Et omnes qui audiebant eum stupebant
من علمه واجابته لهم فلمّا ابصراه بهتا ❁ فقالت له امّه
de sciẽtia eius & responsis eius ad eos. Et cũ uidissẽt eũ obstupuerũt, Et dixit illi mater
يابني

يابني ما هذا الذي صنعت بنا هكذا لان اباك وانا كنّا
eius: Fili quid eſt hoc quod feciſti nobis ſic? Pater enim tuus & ego
نطلبك باجتهاد معذّبين فقال لهما لم تطلبانني اما
quęrebamus te cum labore dolentes. Et ait ad illos: Quare quæritis me? Non
تعلمان انه ينبغي ان اكون في الذي لابي فامّا هما فلم
ſcitis quia oportet me eſſe in ijs quæ ſunt patris mei? Ipſi autem non
يفهما الكلام الذي قاله لهما فنزل معهما وجآء الي
intellexerunt ſermonem quem dixit eis. Et deſcendit cum eis, & uenit
الناصرة وكان يخضع لهما فامّا امّه فكانت تحفظ جميع
Nazareth: & erat ſubditus illis. Mater autem eius conſeruabat omnia
هذا الكلام في قلبها فامّا يسوع فكان يتنشاء في قامته
hæc uerba in corde ſuo. Ieſus autem creſcebat in ſtatura ſua,
وفي الحكمة والنعمة عند الله والناس ✡
& ſapientia, & gratia apud Deum, & homines.

الفصل التاسع

Sectio nona.

وفي سنة خمس عشرة من ولاية طيباريوس قيصر في
In anno quinto decimo Imperij Tyberij Cæſaris in
ولاية فيلاطس البنطي علي اليهودية وهيرودس ريس
Dominio Pilati Pontij ſuper Iudæam, & Herodis principis
علي ربع الجليل وفيلبس اخوه ريس علي ربع انطورية
ſuper quartam Galilæę, & Philippi fratris ſui principis ſuper quartam Ituræę
وكورة انطرخون ولسيانيوس ريس علي ربع الايلية
& regionis Trachonitidis, & Lyſaniæ principis ſuper quartam Abilinæ,
وحنّان وقيافا ريسا الكهنة حلّت كلمة الله علي يوحنّا
& Annæ & Caiphæ principum Sacerdotum: permanſit uerbum Dei ſuper Iohannem
ابن زكريا في البرّية فجآء الي كل البلاد المحيطة
filium Zachariæ in deſerto. Et uenit in omnes regiones circundatas
بالاردن يكرز بمعمودية التوبة لمغفرة الخطايا ✡ كما هو
Iordane prædicare baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum: ſicut eſt

مكتوب في سفر كلام اشعيا النبي قايلا صوت صارخ
scriptum in libro sermonum Isaiæ prophetę dicentis. Vox clamans
في البرّية اعدوا طريق الربّ واصنعوا سبله مستقيمة
in deserto: Parate uiam Domini: & facite semitas eius rectas.
جميع الاودية تمتلي وجميع الجبال والاكام تتواضع
Omnis uallis implebitur: & omnes montes & colles humiliabuntur,
ويصير الوعر سهلا والخشنة الي طريق سهلة ويعاين
& fient ardua facilia, & aspera in uiam planam. Et uidebit



كلّ ذي جسد خلاص الله ۞ فقال للجمع الذين ياتون
omnis caro salutare Dei. Et dixit turbis quæ ueniebant
اليه ويعتمدون منه يا اولاد الافاعي من دلكم علي الهرب
ad eum & baptizabantur ab eo, Genimina uiperarum quis ostendit uobis fugere
من الغضب الاتي اعملوا الان ثمارا تستحق التوبة ولا
ab ira uentura? Facite igitur fructus qui sint digni pœnitentiæ, & ne
تبتدوا ان تقولوا في نفوسكم ان ابانا ابرهيم اقول لكم ان
cęperitis dicere intra uos metipsos, Quia pater noster est Abraham. Dico uobis quia
الله

الله قادر ان يقيم من هذه الحجارة اولادًا لابرهيم هاهوذا
Deus potens est suscitare de istis lapidibus filios Abrahæ. Ecce
الفاس موضوع علي اصول الشجر وكل شجرة لاتثمر ثمرة طيبة
securis posita est ad radices arborum. Et omnis arbor quę nõ fructificat fructũ bonum
تقطع وتلقي في النار ✿ فساله الجموع وقالوا له ماذا نصنع
excidetur, & mittet ĩ ignẽ. Et interrogauerũt eũ turbæ, & dixerũt ei: Quid faciemus?
اجاب وقال لهم من له ثوبان فليعط من ليس له ومن
Respondit & dixit eis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui
له طعام فليصنع مثل ذلك ايضًا ✿ فاتي العشارون
habet escas faciat similiter. Venerunt autem publicani
ليعتمدوا منه فقالوا له ماذا نصنع يامعلم فقال لهم لا
ut baptizarentur ab eo, & dixerunt ei: Quid faciemus magister? Dixit autem illis, Ne
تعملوا اكثر ممّا امرتم به وساله ايضًا الجند قايلين ماذا
faciatis plus eo, ꝙ cõstitutũ est uobis. Et ĩterrogauerũt eũ etiã milites, dicẽtes: Quid
نصنع نحن ايضًا فقال لهم لاتعنتوا احدًا ولا تظلموا احدًا
faciemus nos etiam? Et ait illis, Ne cõcutiatis quẽquã, neque ĩiustè agatis cum aliquo,
واكتفوا بارزاقكم وان جميع الشعب فكروّا في قلوبهم
& contenti estote stipendiis uestris. Omnes autẽ populi cogitauerunt in cordibus suis,
وظنّوا ان يوحنّا هو المسيح اجابهم يوحنّا اجمعين وقال
& existimauerũt quòd Iohãnes esset Christus. Respõdit eis Iohãnes omnibus, & dixit
لهم امّا انا فاعمدكم بالمآء وسياتي من هو اقوي منّي الذي لا
eis: Ego quidem baptizo uos aqua: ueniet autem qui est fortior me, cuius non
استحق ان احلّ سيور حذايه وهو يعمدكم بروح
sum dignus soluere corrigiã calceamentorum. Et ipse baptizabit uos in spiritu
القدس والنار ✿ الذي بيده الرفش ينقّي اندره ويجمع
sancto & igni, qui in manu habens uentilabrum purgabit aream suam, & congregabit
القمح الي هرايه ويحرق التبن بالنار التي لاتطفا وكان
triticum in horreum suum, & comburet paleas igni, qui non extinguetur, &
يخبر الشعب ويبشرهم باشيآ كثيرة ✿ فامّا هيرودس
monebat populum, & euangelizabat eis multa. Herodem autem

ريس الربع فكان يوحنا يبكته من اجل هيروديا امراة
tetrarcham Iohannes corripiebat de Herodiade uxore
اخيه فيلبس لاجل الشر الذي كان هيرودس يفعله
fratris sui Philippi de malis quæ Herodes faciebat.
وزاد علي ذلك كله انه طرح يوحنا في السجن ✿
Adiecit super hæc omnia, quia incluserat Iohannem in carcerem.

الفصل العاشر

Sectio decima.

وكان لما اعتمد جميع الشعب واعتمد يسوع وفيما هو
Et factum est cùm baptizaretur omnis populus, baptizatus est & Iesus, & dum ipse



يصلي انفتحت السماء ونزل عليه روح القدس شبه
oraret apertum est cœlum & descendit in illum Spiritus sanctus in similitudinem
جسد حمامة وكان صوت من السماء قايلا انت ابني
corporis columbæ: & facta est uox de cœlo dicens: Tu es filius meus
الحبيب الذي بك سررت ✿ وبدا يسوع يصير في
dilectus in quo complacui. Et cœperat Iesus fieri
ثلثين

ثلثين سنة وكان يظن انه ابن يوسف بن هالي بن
triginta annorum, & putabatur quòd ipſe eſſet filius Ioſeph filij Heli filij
مطيت بن لاوي بن ملكي بن يونا بن يوسف بن
Matthat, filij Leui, filij Melchi, filij Ianne, filij Ioſeph, filij
مطاتيوا بن عاموص بن ناحوم بن حسلي بن نجّا بن
Matthathiæ, filij Amos, filij Nahum, filij Heſli, filij Nagge, filij
مات بن مطاتيوا بن سمان بن يوسف بن يهودا بن
Maat, filij Matthatiæ, filij Semei, filij Ioſeph, filij Iuda, filij
يوحنّا بن ريسا بن زوربابيل بن شلتاييل بن نيري
Iohanna, filij Reſa, filij Zorobabel, filii Salathiel, filij Neri,
بن ملكي بن ادّي بن قوصام بن الماضان بن ايل بن
filij Melchi, filij Addi, filij Coſan, filij Elmadam, filij Hel, filij
يوسا بن اليعازر بن يورام بن مطات بن لاوي بن
Ieſu, filij Eliezer, filij Iorim, filij Matthath, filij Leui, filij
سمون بن يهودا بن يوسف بن يونان بن الياقيم بن
Simeon, filij Iuda. filij Ioſeph, filij Iona, filij Eliachim, filij
مليا بن منّنان بن مطاثا بن ناثان بن داود بن يسّي بن
Malia, filij Menna, filij Mathatha, filij Nathan, filij Dauid, filii Ieſſe, filii
عوبيد بن باعاز بن سلمون بن نصون بن عميناداب بن
Obed, filii Booz, filii Salmon, filii Naſon, filii Aminadab, filii
ارام بن يورام بن حصرون بن فارص بن يهوذا بن
Aram, filii Iuram, filii Eſron, filii Fares, filii Iudæ, filii
يعقوب بن اسحق بن ابرهيم بن تارخ بن ناحور بن
Iacob, filii Iſaac, filii Abrahæ, filii Thare, filii Nahor, filii
سارخ بن راعوا بن فالق ابن عابر بن صالا بن قينان
Sarug, filii Ragau, filii Phalec, filii Heber, filii Sale, filii Cainan,
بن ارفخشد بن سام بن نوح بن لمك بن متوشالح بن
filii Arphaxad, filii Sem, filii Noe, filii Lamech, filii Mathuſaleh, filii
اخنوخ بن يرد بن مهلالاييل بن قينان بن انوس بن
Henoch, filii Iared, filii Mahlaliil, filii Cainan, filii Henos, filii

شيت بن ادم الذي من الله ✿
Seth, filii Adam, qui fuit à Deo.

الفصل الحادي عشر
Sectio undecima.

وان يسوع ممتلي من روح القدس رجع من الاردن
Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane
وانطلق به الى البرية اربعين يوما يجربه ابليس ✿
& agebat eum in desertum quadraginta diebus, tentabat eum diabolus.



لم ياكل شيا في تلك الايام ولما تمت جاع في الاخر فقال
Nõ mãducauit quicquã ĩ illis diebus: & cũ cõsumati essent esuriit ultimò. Dixit autem
له ابليس ان كنت ابن الله فقل لهذا الحجر يصير خبزا
ei diabolus, Si es filius Dei, dic huic lapidi, Fiat panis.
فاجابه يسوع وقال مكتوب ان الانسان لا يحيا بالخبز
Et respondit illi Iesus, & dixit. Scriptum est, Quia homo non uiuit in pane
وحده بل بكل كلمة من الله فاصعده ابليس الى جبل
solo, sed in omni uerbo Dei. Et assumpsit eum diabolus in montem
عال

عال واراه جميع مملكات المسكونة في اسرع وقت وقال

excelſum, & oſtendit ei omnia regna orbis terrarum in momento temporis; & dixit

له ابليس لك اعطي هذا السلطان كلّه ومجده لانه دفع

illi diabolus, Tibi dabo hanc poteſtatem omnem & gloriam eius: quia tradita eſt

اليّ وانا اعطيه لمن احبّ وانت الان ان سجدت اما مي

mihi, & ego do eam cui uolo. Tu ergo ſi adoraueris coram me

يكن لك جميعه فاجاب يسوع وقال له اغرب عني

erit tibi omnis. Et reſpondit Ieſus & dixit ei. Recede à me

ياشيطان مكتوب للربّ الهك تسجد وله وحده تعبد

ſatan, ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

فجاءَ به الي يروشليم واقامه علي جناح الهيكل وقال له

Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi, & dixit illi,

ان كنت انت ابن الله فالق نفسك من ها هُنا الي

Si es tu filius Dei proiice te ipſum hinc deor-

اسفل لانه مكتوب انه يامر ملايكته من اجلك

ſum, quia ſcriptum eſt, Quòd mandauit angelis ſuis de te,

ليحفظوك ويحملونك علي ايديهم ليلّا تعثر رجلك

ut conſeruent te, & portent te ſuper manus ſuas, ne fortè offendas pedem tuum

بحجر اجاب يسوع وقال له قد قيل لاتجرب الربّ الهك

ad lapidem. Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Dictum eſt nō tentabis Dominū Deū tuum.

فلمّا اكمل ابليس كلّ التجارب مضي عنه الي زمان

Et cùm conſummaſſet diabolus omnem tentationem abiit ab eo uſque ad tempus.

الفصل الثاني عشر

Sectio duodecima.

ورجع يسوع الي الجليل بقوة الروح وخرج خبره في

Et regreſſus eſt Ieſus in Galilæam in uirtute ſpiritus, & exiit fama eius in

كل الكورة وكان يعلم في مجامعهم ويمجده كل احد

omnem regionem. Et docebat in ſynagogis eorum, & glorificabat eum unuſquiſque.

وجاءَ الي الناصرة حيث كان تربّي ودخل كعادته الي

Et uenit Nazareth, ubi erat educatus: & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam in

المجمع يوم السبت وقام ليقرا فدفع اليه سفر اشعيا
synagogam die sabbathi: & surrexit ut legeret. Et traditus est ei liber Isaię
النبي فلمّا فتح السّفر وجد الموضع المكتوب فيه روح الربّ
prophetę, & cùm aperuisset librum, inuenit locū, erat scriptū in eo. Spiritus Domini
عليّ من اجل هذا مسحني وارسلني لابشر المساكين واشفي
super me, propter hoc unxit me, & misit me, ut euangelizarē pauperibus, & sanarem
منكسري القلوب واكرز الماسورين بالتخلية والمعميان
contritos cordibus, & prędicarem captiuis solutionem & cæcis
بالنظر وارسل الي الموثقين بالاطلاق واكرز بالسنة
uisum, & mitterem uinctos in remissionem, & prædicarem annum
المقبولة للربّ و يوم الجزاء ثم طوي السّفر و دفعه الي
acceptum Domino, & diem retributionis. Deinde plicuit librum & tradidit illum
الخادم وجلس و كل من كان في المجمع كانت عيونهم
ministro, & sedit. Et omnium qui erant in synagoga oculi
محدقة اليه فبدا يقول لهم اليوم كمل هذا المكتوب
intenti erant in eum. Et cæpit dicere eis. Hodie completa est hęc scriptura
في اسماعكم ❁ وكان جميعهم يشهدون له و يتعجبون
in auribus uestris. Et omnes exibebant testimonium illi, & mirabantur
من كلمات النعمة التي كانت تخرج من فيه وكانوا يقولون
de uerbis gratiæ quæ exibant de ore eius, & dicebant,
اليس هذا ابن يوسف ❁ فقال لهم لعلكم تقولون لي
Nonne hic est filius Ioseph? Et dixit illis, Forsam dicitis mihi
هذا المثل ايها المتطبب اشف نفسك والذي سمعنا
hanc similitudinem, O medice cura te ipsum, & quod audiuimus
انك فعلته في كفرناحوم افعله ها هنا ايضًا في
te fecisse in Capharnaum fac illud hic etiam in
مدينتك ❁ فقال لهم الحق اقول لكم انه لا يقبل نبي في
ciuitate tua Dixit autem eis, Amen dico uobis, quia non recipitur propheta in
مدينته ❁ الحق اقول لكم ان ارامل كثيرات كنّ في
ciuitate sua. Amen dico uobis quia uiduæ multæ erant in

اسرايل

اسرايبل في ايام ايلياء اذ غلقت السماء ثلث سنين
Iſrael in diebus Eliç quando clauſum eſt cælum tribus annis
وستة اشهر حتى صار جوع عظيم في الارض كلها ولم يرسل
& ſex menſibus, quando facta fuit fames magna in terra uniuerſa: & non fuit miſſus
ايلياء الي واحدة منهن الا الي امراة ارملة في صارفية
Elias ad aliquam illarum niſi ad mulierem uiduam in Sarepta
صيدا وبرص كثيرون كانوا في اسرايبل على عهد اليشع
Sydoniæ. Et leproſi multi erant in Iſrael in tempore Eliſęi
النبي ولم يطهر واحد منهم الا نعمان الشامي فامتلا
prophetæ: & non fuit mundatus aliquis ex eis niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt
جميعهم في المجمع غضبا عندما سمعوا هذا وقاموا
omnes illi in Synagoga ira dum audiſſent hoc. Et ſurrexerunt,
واخرجوه خارج المدينة وجاوا به الي اعلى الجبل
& eiecerunt eum extra ciuitatem, & duxerunt eum uſque ad ſummitatem montis,
الذي كانت مدينتهم مبنية عليه ليطرحوه الي اسفل
ſuper quem erat ciuitas eorum ędificata, ut præcipitarent eum deorſum.
فاما هو فجاز وسطهم ومضي ☼
ipſe autem tranſiit per medium illorum, & abiit.

الفصل الثالث عشر

Sectio decima tertia,

ونزل الي كفرناحوم مدينة في الجليل وكان يعلمهم في
Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem in Galilęa, & docebat eos
السبوت ☼ وبهتوا من تعليمه لان كلامه كان بسلطان
ſabbathis. Et ſtupuerunt de doctrina eius: quia ſermo eius erat in poteſtate.
☼ وكان في المجمع رجل فيه روح شيطان نجس فصاح
& erat in ſynagoga uir in quo erat ſpiritus dæmonis immundi, & clamauit
بصوت عظيم قايلا دع ما لنا ولك يا يسوع الناصري
uoce magna dicens. Sine quid nobis & tibi Ieſu Nazarene?
اتيت لتهلكنا قد عرفت من انت يا قدوس الله فانتهره
uenisti ut perderes nos? Scio equidem quis ſis tu ſancte Dei. Et increpauit illum

يسوع قايلاً اسدد فاك واخرج منه فطرحه الشيطان
Iesus, dicens, Claude os tuum, & exi ab eo. Et proiecit illum dęmonium
في وسطهم وخرج منه ولم يولمه فخاف جميعهم وكان
in medium eorum, & exiit ab eo, & non nocuit illi. Et timuerunt omnes illi,
بعضهم يخاطب بعضًا و يقولون ما هذه الكلمة لانه
& alter ex eis loquebatur cum altero, & dicebant, Quod est hoc uerbum quia
بسلطان و قوّة يامر الارواح النجسة بالخروج فتخرج
in potestate & uirtute imperat spiritibus immundis exire, & exeunt?
وداع خبره في كل مكان بالكورة فقام من الجمع ودخل
& diuulgata est fama eius in omnē locū in regiōe. Et surrexit de synagoga & ītroiuit
بيت سمعان و كانت حماة سمعان بحمّي عظيمة فسالوه
domum Simonis, & erat socrus Simonis cum febre magna, & rogauerunt eum
من اجلها فوقف عليها و زجر الحمّي فتركتها ونهضت
pro ea. Et stetit super eam, & īperauit febri: & dimisit illam. Et surrexit
تخدمهم ✿ فلمّا غربت الشمس كان كل الذين عندهم
ministrans eis. Cùm autem occidisset sol omnes apud quos erant
مرضي باصناف الأوجاع جآوا بهم اليه وكان يضع يده
infirmi uarijs languoribus, ducebant illos ad eum. Et imponebat manum suam
علي واحد واحد فيشفيه وكانت الشياطين ايضًا تخرج
super singulos, & curabat eos. Et dæmones etiam exibant
من كثير وتصرخ وتقول انت هو المسيح ابن اللّه وكان
à multis, & clamabant, & dicebant, Tu es Christus filius Dei: &
ينهرهم ولا يدعهم ينطقون بهذا لانهم يعرفون انه
increpabat eos, & non sinebat eos loqui hoc, quia ipsi sciebant ipsum esse
المسيح ✿ ولمّا كان النهار خرج وذهب الي موضع قفر
Christum. Et cùm facta esset dies exiit, & abijt in locum desertum:
و الجمع يطلبونه وجآوا اليه وامسكوه ليلاّ يمضي من
& turbę quærebant eum, & uenerunt ad eum, & tenuerunt eum ne abiret
عندهم فقال لهم انه ينبغي لي ان ابشّر في المدن الأخر
ab eis. Et dixit eis Quia oportet me prædicare in ciuitatibus alijs
بملكوت

بملكوت الله ۞ لانني لهذا ارسلت وكان يكرز في مجامع
regnum Dei quia propter hoc miſſus fui, & prædicabat in ſynagogis
الجليـــــــــــــــــــل ۞
Galileę.

الفصل الرّابع عشر
Sectio decima quarta.

وكان لمّا اجتمع اليه جمع ليسمعوا كلام اللّه كان هو
Factum eſt autem cùm cōgregatæ eſſent ad eū turbæ ut audirent ſermonē Dei erat ipſe
واقفا علي بحيرة جاناشر فراي سفينتين موقوفتين علي
ſtans ſecus ſtagnum Genezareth. Et uidit duas naues ſtantes ſecus



شاطي البحيرة والصيّادين قد طلعوا عليها ليغسلوا
littus ſtagni: & piſcatores aſcenderant ſuper eas ut lauarent
شباكهم فصعد الي احديهمـا التي لسمعون وامره ان
retia ſua. Aſcendit autem in unam earum quæ erat Simonis, & præcepit ei
يبعد من الشاطي قليلا وبجلس يعلم الجمع من السفينة
ut recederet à littore puſillum, & ſedebat docens turbas de nauicula.

☼ ولمّا كمل كلامه قال لسمعان تقدّم في العمق
Et cùm compleuiſſet ſermonem ſuum dixit Simoni: Duc in altum,
والقوا شباككم للصيد فاجاب سمعان وقال له يامعلم
& laxate retia ueſtra in capturam. Et reſpondit Simon & dixit ei: Magiſter
قد تعبنا الليل كلّه ولم ناخذ شيًا وبكلمتك نحن نلقي
iam laborauimus nocte tota, & nō cępimus quicquā: in uerbo autē tuo nos laxabimus
الشباك ولمّا فعلوا ذلك اخذوا سمكًا كثيرًا وكادت
retia. Et cùm feciſſent illud cæperunt piſces multos, & prope erat ut
شباكهم تتخرق فاشاروا الى شركايهم في السفينة
retia eorum rumperentur. Et annuerunt ſociis qui erant iu naui
الاخري لياتوا فيعينوهم فلمّا ان جاوا ملاوا السفينتين
altera, ut uenirent & adiuuarent eos. Et cùm ueniſſent impleuerunt ambas nauiculas
حتي بدانا تغرقان ☼ فلمّا راي سمعان ذلك خرّ عند رجلي
ita ut inciperent mergi. Et cùm uidiſſet Simon illud, procidit ad pedes
يسوع وقال ابعد عني ياسيدي فاني رجل خاطي لان
Ieſu, & dixit, Recede à me Domine, ego enim homo peccator ſum, quoniam
الخوف اعتراه وكلّ من معه لاجل صيد الحيتان التي
timor inuaſerat eum, & omnes qui erant cum illo ob capturam piſcium quos
صادوا وكذلك يعقوب ويوحنّا ابناء زبدي اللذان
cæperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi qui
كانا صديقي سمعان ☼ فقال يسوع لسمعان لاتخف من
erant ſocij Simonis. Et dixit Ieſus Simoni, Ne timeas, ex
الان تكون صيادًا تصيد الناس وقربوا السفن من
nunc eris piſcator qui piſcaberis homines, & ſubduxerunt naues ad
الشاطي وتركوا كلّ شي وتبعوه ☼
littus, & reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt eum.

الفصل الخامس عشر

Sectio decima quinta.

فلمّا دخل الى احدي المدن واذا رجل مملوا برصًا لمّا
Et cùm intraſſet in unam ciuitatum, & ecce uir plenus lepra cùm

راي

رآي يسوع خرّ على وجهه وطلب اليه قايلا يا ربّ ان
uidiſſet Ieſum procidit in faciem ſuam, & rogauit eum, dicens; Domine ſi
شيت فانت قادر ان تطهرني فمدّ يده ولمسه وقال قد شيت
uis, tu potes mundare me. Et extendit manum ſuam, & tetigit eum, & ait, Volo,
فلتطهر وللوقت ذهب عنه البرص وامره ان لا يقل لاحد
Mundare: & confeſtim diſceſſit ab eo lepra, & præcepit ei, ne diceret alicui:



لكن اذهب فارِ نفسك للكاهن وقرّب عن تطهيرك
Sed uade, & oſtende te ipſum ſacerdoti, & offer pro mundatione tua,
كما امر موسي للشهاده عليهم ۞ فذاع عنه الكلام وزاد
ſicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Diuulgatus eſt autẽ de eo ſermo, & creuit,
واجتمع جمع كثير ليسمعوا منه ويستشفوا منه من
& conuenerunt turbæ multæ ut audirent ab eo, & curarentur ab eo ab
امراضهم ۞ فامّا هو فكان يمضي الى البرية ويصلي هناك
infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ibat in deſertum, & orabat ibi.

الفصل السّادس عشر

Sectio decima ſexta.

وكان في احد الايام وهو يعلّم وكان الفريسيون ومعلّموا
Et factum est in una dierum & ipse docebat, & erant Pharisæi & doctores
الناموس جالسين وكانوا قد اتوا من جميع قري الجليل
legis sedentes, & uenerant ex omni castello Galilæę,
واليهودية ويروشليم وكانت قوة الربّ في بريهم ✲ واذا
& Iudæę & Ierusalem: & erat uirtus Domini ad sanandum eos. Et ecce
اناس قد جآوا برجل مخلّع علي سرير وكانوا يريدون
homines duxerunt uirum paraliticum in lecto, & uolebant
الدخول به ويضعونه قدامه فلمّا لم يقدروا علي الدنو منه
uobiscum in templo, & non extendistis in me manus uestras, sed hęc est
ساعتكم وسلطان الظلمة ۞ فاخذوه وجاوا به الي بيت
hora uestra & potestas tenebrarū. Et comprehenderunt eū, & duxerunt eum ī domū
رييس الكهنة ۞ وكان بطرس يتبعه من بعيد فاضرموا
Principis sacerdotum. Et Petrus sequebatur eum à longe. Accenderunt.
نارا وسط الدار وجلسوا وكان بطرس جالسا في وسطهم
ignem in medio atrii, & sederunt, & Petrus sedebat in medio eorum.
فلما رآته جارية جالسا عند الضو ميزته وقالت هذا كان
Cùm autem uidisset eum ancilla sedentem ad lumen cognouit illum, & dixit. Hic erat
معه فانكر وقال يا امراة ما اعرفه ۞ وبعد قليل ابصره
cum eo. Et negauit, & dixit, Mulier, non noui illum. Et post pusillum uidit illum
آخر وقال انت ايضا منهم فقال بطرس يا انسان ما انا هو
alius, & dixit. Tu quoque ex illis es. Dixit autem Petrus, Homo, ego non sum.
وبعد ساعة كرر عليه القول آخر وقال حقا هذا كان
Et post horam firmauit super illum sermonem alius, & dixit, Verè hic erat
معه

معه لانه جليلي فقال له بطرس يا انسان ما اعرف ما تقول
cum eo, nam Galilęus est. Dixit autem ei Petrus, Homo, nescio quid dicis,
وفيما هو يتكلم صاح الديك ۞ فالتفت الرّبّ ونظر الى
& dum ipse loqueretur cantauit gallus. Et conuersus est Dominus, & respexit in
بطرس فذكر بطرس كلام الربّ الذي قال له انه قبل
Petrum. Et recordatus est Petrus sermonis Domini, quem dixerat illi, quia prius
ان يصيح الديك اليوم تنكرني ثلثًا وخرج بطرس
quàm cantet gallus hodie negabis me tertiò. Et egressus est Petrus
خارجًا وبكي بكآء مُرًّا ۞ والرجال الذين امسكوا
foras, & fleuit fletu amaro. Et uiri qui apprehenderant
يسوع كانوا يهزون به ويضربونه ويغطون وجههُ ويسألونه
Iesum illudebant illũ, & percutiebant illũ. & uelabant uultũ eius, & interrogabãt eũ,



قايلين تنبّ لنا من الذي ضربك وكان كثيرون
dicentes, Prophetiza nobis quis est ille qui percussit te? Et multi
اخرون يجدّفون ويقولون فيه ۞
alii blasphemabant, & dicebant in eum.

الفصل الثاني والثمنون

Sectio octuagesima secunda.

فلمّا كان النهار اجتمع مشايخ الشعب وروؤساء الكهنة

Et cùm factus esset dies conuenerunt seniores plebis, & Principes Sacerdotum,

والكتبة وادخلوه الي موضع مجمعهم وقالوا له ان كنت

& Scribæ, & introduxerunt illum in locum concilii sui, & dixerunt ei. Si es

انت المسيح فقل لنا ۞ فقال لهم ان قلت لكم لم تومنوا

tu Christus, dic nobis, Et dixit eis, Si dixero uobis non credetis,

وان سألتكم لم تجيبوني ولم تخلوني ۞ ومن الان يكون

si autē interrogauero uos non respondebitis mihi, neque dimittetis me. Et amodò erit

ابن الانسان جالسًا عن يمين قوة الله ۞ فقال جميعهم

filius hominis sedens à dextris uirtutis Dei. Et dixerunt omnes ipsi,

فانت اذن ابن الله فقال لهم انتم تقولون اني انا هو ۞

Tu ergo es filius Dei? Dixit autem illis, Vos dicitis, quia ego sum.

فقالوا ما حاجتنا الي شهادة لاننا قد سمعنا من فيه ۞

Et dixerunt, Quid indigemus testimonio? ipsi enim audiuimus de ore eius.

فقام جمعهم كلّه وجاوا به الي بلاطس ۞ وبدوا يقرفون

Et surrexit multitudo eorū uniuersa, & duxerunt eum ad Pilatū. Et cęperunt accusare

عليه ويقولون انّا وجدنا هذا يقلب امتنا ويمنع ان

illum, & dicere, Quia inuenimus hunc subuertere gentem nostram, & prohibere

نعطي الجزية لقيصر ويقول انه المسيح الملك ۞ فسأله

nos dare tributū Cęsari, & dicere se esse Christum Regem. Interrogauit autem eum

بلاطس قايلاً انت هو ملك اليهود فاجابه قايلاً انت

Pilatus, dicens, Tu es Rex Iudęorum? Respondit autem ei, dicens, Tu

قلت ۞ وان بلاطس قال لروساء الكهنة والجمع انّا لم نجد

dicis. At Pilatus dixit Principibus Sacerdotum & turbę, Nos non inuenimus

علي هذا الانسان علة ۞ وكانوا يتشددون ويقولون

aduersus hunc hominem causam. Et inualescebant, & dicebant,

انه يفتن الشعب ويعلّم في جميع اليهودية وابتدا من

Quia ipse commouet populum, & docet in uniuersa Iudæa, & cępit à

الجليل

الجليل الى هاهنا فلمّا سمع بلاطس الجليل سأل أهو
Galilęa uſque huc. Cùm autem audiſſet Pilatus Galilęam, interrogauit, An ipſe eſſet
رجل جليلي ۞ فلمّا علم انه من سلطان هيرودس ارسله
uir Galilęus? Et cum cognouiſſet, quia eſſet de poteſtate Herodis, miſit illum
الي هيرودس لانه كان في تلك الايام بيروشليم وان
ad Herodem, quia erat in illis diebus Ieroſolymis.
هيرودس لمّا رآي يسوع فرح جدًّا لانه كان يريد ان يراه
Herodes autem cùm uidiſſet Ieſum gauiſus eſt ualdè quia deſiderabat uidere eum
من زمان طويل لما كان يسمع عنه من الامور الكثيره
ex tempore longo, cùm audiſſet de eo res multas,
وكان يرجوا ان يعاين اية يعملها وسأله عن كلام
& ſperabat uidere ſignum quod faceret. Et interrogauit eum de ſermonibus
كثير فلم يجبه بشيء فوقف رووساء الكهنة والكتبة
multis. Et non reſpondit ei quicquam. Steterũt autem principes Sacerdotũ, & Scribæ
يقرفون عليه جدًّا ۞ واحتقره هيرودس وجنده
accuſantes illum conſtanter. Spreuit autem illum Herodes, & exercitus eius,
واستهزوا به والبسوه ثيابا برّيقًا وارسله الي فيلاطس
& illuſerunt illum, & induerunt illum ueſtem ſplendidam, & miſit illum ad Pilatum
فصار فيلاطس وهيرودس صديقين في ذلك اليوم
Et facti ſunt Pilatus & Herodes amici in illa die
بعضهما مع بعض لان كان بينهما عداوة من قبل ۞
inuicem, quia erat inter eos inimicitia antea.

الفصل الثالث والثمنون

Sectio octuageſima tertia.

فدعا بلاطس عظما الكهنة والرووساء والشعب وقال لهم
Vocauit autem Pilatus maiores Sacerdotum, & principes, & populum, & dixit illis.
قدّمتم اليّ هذا الرجل كانّه يردّ الشعب وهوذا قد سألته
Obtuliſtis mihi hunc uirum quaſi ipſe euertat populum, & ecce interrogaui illum
امامكم ولم اجد في هذا الانسان علّةً من جميع ما تقرفونه
coram uobis, & non inueni in hoc homine cauſam ex omnibus quibus accuſaſtis illum

به ۞ ولا هيرودس ايضًا لانه ارسله الينا وها هوذا ليس
neque Herodes etiam, nam remisit illum ad nos. Et ecce non est
له عمل يستحق به الموت وانا أوّدبه واطلقه ۞ وكانت
illi actio ob quam dignus sit morte. Ego autẽ corripiã illũ, & dimittã illũ, Erat autem
لهم عادة ان يطلق لهم اسيرًا في العيد ۞ فصاح كلّ
illis consuetudo mitti sibi uinctum unum in die festi. Et exclamauit omnis
الجمع وقالوا خذ هذا واطلق لنا برنبان وذلك طرح
turba, & dixerunt, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Et ille erat missus
في السجن من اجل القتل والقلق الذي في المدينة ۞
in carcerem propter homicidium, & seditionem, quæ fuit in ciuitate.
وناداهم ايضًا بلاطس واراد ان يخلي يسوع اماهم فصرخوا
Et uocauit eos iterum Pilatus, & uoluit dimittere Iesum. At illi clamauerunt,
قايلين اصلبه اصلبه ۞ وقال لهم ثالثة ما صنع هذا من
dicentes, Crucifige eum, crucifige eum. Et dixit illis tertiò, Quid fecit hic
الردي فلم اجد عليه علةً يستحق بها الموت أوّدبه
mali? non enim inuenio aduersus eum causam ob quã dignus sit morte. Corripiã eum
واطلقه ۞ وكانوا يلجّون باصوات عاليّة و يسالونه
& dimittam illum. Et instabant uocibus magnis, & postulabant eum
ان يصلبه واشتدّت اصواتهم واصوات رووساء الكهنة ۞
ut crucifigeret illum: & inualescebant uoces eorum, & uoces Principum Sacerdotũ.
و ان بلاطس حكم ان يكون غرضهم واطلق لهم ذلك
Et Pilatus adiudicauit fieri propositum eorum, & dimisit illis eum
الذي حبس من اجل القتل و القلق كما طلبوا واسلم
qui missus fuerat in carcerẽ propter homicidiũ, & seditionẽ, sicut petierũt, & tradidit
يسوع كما ارادوا ۞
Iesum sicut uoluerunt.

الفصل الرابع و الثمنون
Sectio octuagesima quarta.

و بينما هم منطلقون به اخذوا واحدًا يدعى سمعان
Et dum ipsi ducerent eum apprehenderunt unum qui uocabatur Simon
القيرواني

القيرواني وهو جاء من الحقل فجعلوا عليه الصليب

Cyrenenſis, & ipſe uenerat de uilla: & poſuerunt ſuper eum crucem

يحمله خلف يسوع ۞ وكان يتبعه جمع كبير من

ut portaret eam poſt Ieſum. Et ſequebatur illum turba magna

الشعب والنساء اللواتي كنّ يندبنه وينحنّ عليه

populi & mulierum, quę contriſtabantur illi, & compatiebantur illi.

فالتفت يسوع اليهن وقال يابنات اورشليم لا تبكين

Et conuerſus eſt Ieſus ad eas, & dixit. Filię Ieruſalem, ne fleatis

عليّ لكن اقول لكم ابكين عليكنّ وعلى اولادكنّ لانه

ſuper me: ſed dico uobis, Flete ſuper uos & ſuper filios ueſtros, Quoniam

ستاتي ايام تقلن فيها طوبي للعواقر والبطون التي لم

uenient dies in quibus dicetis Beatę ſteriles & uentres, qui non

تلد والثدي التي لم ترضع حينيذ تقلن للجبال قعي

genuerunt, & ubera quę non lactauerunt. Tunc dicetis montibus, Cadite



علينا وللاكام غطينا وان كانوا يفعلون هذا بالعود

ſuper nos: & collibus: Operite nos. Et ſi fecerint hoc in ligno

الرطب فماذا يكون باليابس ✿ وجاوا معه باثنين
uiridi: Quid ergo erit in arido? Et duxerunt cum eo duos
اخرين عاملي ردي ليقتلا ✿ فلمّا جاوا الى الموضع
alios melefactores, ut interficerentur. Cùm autem ueniſſent in locum
المسمّي الاقرانيون صلبوه هناك ✿ ومعه عاملا الشرّ
uocatum Caluariæ, crucifixerunt eum ibi, & cum eo duos malefactores,
احدهما عن يمينه والاخرعن شماله ✿ فقال يسوع يا ابة
unum à dextris eius, & alterum à ſiniſtris eius. Dixit autem Ieſus, Pater
اغفرلهم فانهم ما يدرون مايعملون ✿ واقتسموا ثيابه
dimitte illis, qa ipſi nō comprehendunt quid faciāt. Et diuiſerūt ſibi ueſtiméta eius,
واقترعوا عليها و الشعب قايم ينظر ✿ وكان الرووساء
& miſerunt ſortes ſuper ea. Et populus ſtans, aſpiciebat. Et Principes
ايضًا يستهزيون به و يقولون انه خلّص اخرين
quoque illudebant ei, & dicebant. Quia ipſe ſaluos fecit alios
فليخلّص نفسه ان كان هو المسيح ابن الله المنتخب ✿
ſaluum igitur faciat ſeipſum, ſi eſt ipſe Chriſtus filius Dei electus.
و كان الجند ايضًا يستهزيون به ويتقدّمون اليه
Et milites etiam illudebant ei, & accedebant ad eum,
ويقدّمون له خلًا ويقولون ان كنت انت ملك
& offerebant ei acetum, & dicebant. Si es tu Rex
اليهود فنجّ نفسك و كان ايضًا كتاب عليه مكتوبا
Iudæorum ſaluum fac teipſum. Et erat etiam inſcriptio ſuper eum ſcripta
باليونانية و الروميّة و العبرانية هذا هو ملك اليهود ✿
Græcè, & Latinè, & Hebraicè. Hic eſt Rex Iudæorum.
و واحد من عاملي الرّدي اللذين صلبا معه كان يجدف
Et unus ex malefactoribus, qui crucifixi fuerant cum eo, blaſphemabat,
و يقول ان كنت انت المسيح فنجّ نفسك و نجنّا ✿
& dicebat, Si es tu Chriſtus ſaluum fac temetipſum, & ſaluos fac nos.
فاجابه الاخر وانتهره وقال اما تخاف الله ان كنّا تحت
Reſpondit autem ei alter, & increpauit eum, & dixit. Non times Deum, cū ſimus ſub
هذا

هذا الحكم ونحن بعدل جوزينا كما نستحق وكما

hac damnatione? & nos iustè retributionem suscipimus, sicut digni sumus, & sicut

صنعنا فامّا هذا فلم يصنع شيًا ثم قال ليسوع اذكرني

operati sumus: At iste non fecit quicquam. Deinde dixit Iesu, Memento mei

يا ربّ اذا جيت في ملكوتك فقال له يسوع الحقّ

Domine, cùm ueneris in regnum tuum. Dixit autem illi Iesus, Amen

اقول لك انك اليوم تكون معي في الفردوس ۞ وكان

dico tibi, quia hodie eris mecum in paradiso, & factum est

في الساعة السادسة ۞ وان ظلمة غشت الارض كلّها الى

in hora sexta, & tenebrę obtenebrauerunt terram uniuersam usque

الساعة التاسعة واظلمت الشمس ۞

ad horam nonam. Et obscuratus est Sol.

الفصل الخامس والثمنون

Sectio octuagesima quinta.

وانشق ستر الهيكل من وسط ۞ وصاح يسوع بصوت

Et scissum est uelum templi dimidiatim. Et clamauit Iesus uoce

عال وقال يا ابة في يديك اضع روحي فلمّا قال هذا اسلم

alta, & dixit, Pater in manus tuas pono spiritum meum. Et cùm dixisset hoc tradidit

الرّوح ۞ ولمّا راي قايد المآية ما كان مجّد اللّه وقال

spiritum. Et cùm uidisset Centurio quod factum fuerat glorificauit Deum, & dixit,

حقًا ان هذا الانسان صدّيق ۞ وكلّ الجموع الذين

Verè hic homo iustus erat. Et omnes turbæ, quæ

كانوا مجتمعين لهذا المنظر لمّا عاينوا ما كان رجعوا وهم

erant aggregatę ad hoc spectaculum, cũ uidissent quod factũ fuerat reuersę sũt, & ipsę

يدّقون علي صدورهم وكان جميع معارفه قيامًا بعيدًا

percutiebant pectora sua. Et erant omnes noti eius stantes à longè:

والنسوة اللواتي كن يتبعنه من الجليل كن ينظرن

& mulieres quæ secutæ erant eum à Galilæa uidebant

هذا ۞ وان رجلًا اسمه يوسف ذا راي موشرًا وكان

hoc. Et uir cuius nomen erat Ioseph habens consilium perspicax, & erat

رجلًا صالحًا صدّيقًا ولم يكن موافقًا لرايهم و اعمالهم
uir bonus iuſtus, & non fuit conſentiens conſilio eorum, & operationibus eorum,
و كان من الرّامة من مدينة يهوذا و كان يترجي ملكوت
& erat ab Arimathæa ciuitate Iudęæ, & expectabat regnum
الله هذا جاء الي بلاطس و ساله جسد يسوع و نزله ۞
Dei. Hic uenit ad Pilatum, & petiit ab eo corpus Ieſu, & depoſuit illud,
و لفّه في لفافة كتان و وضعه في قبر قد نحته ولم يكن
& inuoluit illud in ſindone, & poſuit illud ĩ monumẽto, quod exciſerat, & nõ fuerat



ترك فيه احدٌ ۞ و كان يوم جمعة الذي يكون صباحه
poſitus in eo quiſquam. Et erat dies Paraſceues, cuius mane erat
السبت وكان النسوة اللاتي يتبعنه من الجليل ابصرن
ſabbathum. Et mulieres quæ ſequebantur à Galilæa uidebant monumentum
القبر و كيف وضع جسده ۞ فلمّا رجعن اعددن طيبًا
& quomodo poſitum fuerat corpus eius. Et cùm reuerſæ eſſent parauerunt unguentũ,
و عطرًا و كففن في السبت كما في الوصيّة ۞
& aromata, & deſierunt in ſabbatho, ſicut erat in præcepto.

الفصل السادس والثمنون

Sectio octuagesima sexta.

وفي احد السبوت باكرًا جدًا اتين الي القبر ومعهن الطيب
Et in una sabbathi mane ualdè uenerunt ad monumentum, & cum eis erat unguentũ,
الذي اعددنه ومعهن نسوة اخر فوجدن الصخرة قد
quod parauerant, & cum illis mulieres aliæ, & inuenerunt lapidem, qui iam
دحرجت عن القبر فدخلن ولم يجدن جسد الربّ
reuolutus erat à monumento. Et ingressę sunt, & non inuenerunt corpus Domini
يسوع وكن فيماهن متحيرات من اجل هذا وان رجلان
Iesu. Et dum ipsæ mente consternatæ essent de hoc, & ecce duo uiri
قد وقفا بهن بلباس يلمع ۞ فخفن ونكسن وجوههن
steterunt secus illas in ueste quæ fulgebat. Et timuerunt, & declinauerunt uultus suos
الي الارض فقالا لهن لم تطلبن الحيّ مع الاموات ليس
in terram, dixerunt ad illas. Quid quæritis uiuentem cum mortuis? non
هو ها هنا لكن قد قام اذكرن مثلما كلمكن وهو في
est hic, sed iam surrexit, Recordemini qualiter locutus est uobis dum ipse esset in
الجليل وقال ان ابن الانسان ينبغي ان يسلم في ايدي
Galilæa, & dixit, Quia filium hominis oportebat tradi in manus
اناس خطاة ويصلب ويقوم في اليوم الثالث وانهن
hominum peccatorum, & crucifigi: & resurgere in die tertia. Et ipsæ
ذكرن كلامه ۞ ولمّا رجعن من القبر اخبرن الاحد عشر
recordatæ sunt sermonis eius. Et cũ reuersę essent de monumẽto nuntiauerunt undecĩ
بهذا وجميع الباقين ۞ وكن مريم المجدلية ويوحنّا
hoc, & omnibus reliquis. Et erant Maria Magdalenæ, & Iohanna,
ومريم امّ يعقوب وساير من معهن وقلن للرسل هذا
& Maria mater Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, & dixerunt apostolis hoc,
وكان هذا الكلام عندهم كالهزؤ ولم يصدّقوه وقام بطرس
& fuit hic sermo aqud illos sicut deliramẽtũ. & nõ crediderunt illũ. Et surrexit Petrus,
واسرع الي القبر فتطلع وراي الثياب موضوعة مفردة
& cucurrit ad monumentum, & procubuit, & uidit uestimenta posita sola

فقط ومضي الي موضعه وهو متعجب مما كان ۞ واذا

tantùm, & abiit in locum suum, & ipse admirans de eo quod factum fuerat. Et ecce

اثنان منهم سايران في ذلك اليوم الي قرية بعيدة من

duo ex illis euntes in illa die in castellum distans ab

ياروشليم نحو ستين غلوة تدعي عمواس وكانا يتخاطبان

Ierusalem quasi sexaginta stadiis, quod uocabatur Emaus. Et colloquebantur

من اجل جميع الامور التي كانت وفيما هما يتكلمان

de omnibus, quæ facta fuerant. Et dum ipsi loquerentur,

ويتسالان ان قرب منهما يسوع وكان يمشي معهما

& inuicem quærerent, ecce appropinquauit illis Iesus, & ibat cum illis,

وامسك اعينهما عن معرفته فقال لهما ما هذا الكلام

& tenebantur oculi eorum à cognitione eius. Et dixit eis, Quis est iste sermo



الذي يكلم احدكما صاحبه به وانتما ماشيان مكتيبين

de quo loquitur unus uestrum ad socium suum ambulantes, & estis tristes?

فاجاب احدهما الذي اسمه اكلاوبا وقال له انت وحدك

Et respondit unus eorum, cuius nomen erat Cleophas, & dixit ei. Tu solus es

غريب

غريب عن يروشليم ان لم تعلم الذي كان فيهـا في هذه
peregrinus de Ierusalem, cùm non scitieris, quę facta sunt in ea in istis
الايام فقال لهما وما هو قالا له امر يسوع الناصري الذي
diebus. Dixit autem eis, Et quæ sunt ? Dixerunt illi, factum Iesu Nazareni, qui
كان رجلًا نبيا له قوّة في الفعل والقول قدام الله و جميع
erat uir propheta, erat ei potestas in opere & sermone coram Deo & omni
الشعب فاسلمه عظما الكهنة والرووساء لحكم المـوت
populo, & tradiderunt eum summi Sacerdotum & principes in iuditium mortis



و صلبوه ونحن كنّا نرجوا انّه مخلّص اسراييل لكن
& crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: sed
مع هذا كلّه هذا اليوم الثالث منذ كان هذا لكن
cum his omnibus hæc est dies tertia quòd facta sunt hæc. Sed
نسوة منّا اعلمتنا لانهن بكّرن الي القبر فلم تجدن
mulieres ex nr̃is significauerũt nobis, q̃a ipsę manicauerũt ad mõumẽtũ & nõ iuenerũt
جسده فاتين وقلن انهن ابصرن منظر ملايكة وقالوا
corpus eius, & uenerũt & dixerũt quia ipsę uiderũt uisionẽ ãgelorum, & dixerunt

عنه انه حيّ ومضي قوم منّا الي القبر ووجدوا هكذا
de eo quia uiuens est. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & īuenerūt sic
كما قالت النسوة فامّا هو فلم يروه فقال لهما يا غير فهمين
quēadmodū dixerunt mulieres, at ipsū, nō enī uiderunt eum. Dixit autē eis, O stulti
وثقيلي القلوب اما تومنان بكلما نطقت به الانبياء
& tardi cordibus, non creditis in omnibus quę locuti sunt prophetę?
اليس هذا كان مزمعًا ان يقبل المسيح هذه الالام
Nonne hoc erat futurum ut susciperet Christus has passiones
ويدخل مجده وبدا يفسّر لهما من موسي وجميع
& intrare gloriam suam? Et incepit interpretari illis à Moise & omnibus
الانبياء وما في جميع الكتب من اجله فاقتربوا من القرية
prophetis, & quę sunt in omnibus scripturis de eo, & appropinquauerunt castello
التي كانا منطلقين اليها وكان هو بوهمهما انه ينطلق الي
in quod ibant: & erat ipse in existimatione eorum quòd iret in
مكان ابعد فامسكاه وقالا له اقم معنا لانه المساء وقد مال
locū distantiorē. Et tēuerūt eū, & dixerūt ei, Sta nobiscū qa sero est, & iā ī clinata est
النهار فدخل ليقيم عندهما فلمّا جلس معهما اخذ
dies. Et intrauit ut staret apud illos. Cùm autem sedisset cum illis accepit
خبزًا وبرك وكسر وناولهما فانفتحت اعينهما وعرفاه
panē, & benedixit, & fregit, & dedit illis. Et aperti sūt oculi eorū, & cognouerūt eū:
ثم خفي عنهما فقال احدهما للاخر اليس قد كانت قلوبنا
& abscōditus est ab illis. Dixit autē unus eorum ad alterū, Nonne fuerūt corda nostra
محترقة فينا اذ كان يكلمنا في الطريق ويفسّر لنا الكتب
ardentia in nobis dum loqueretur nobis in uia, & interpretaretur nobis scripturas?
وقاما في تلك السّاعة ورجعا الي يروشليم فوجدا الاحد
Et surrexerunt in illa hora, & regressi sunt in Ierusalem; & inuenerunt unde
عشر مجتمعين والذين معهم وهم يقولون حقًا قد قام
cim congregatos, & eos qui erant cum illis, & ipsi dicebant, Verè surrexit
الربّ وظهر لسمعان وهما ايضًا تكلما بما كان في الطريق
Dominus & apparuit Simoni. Et ipsi etiam loquebantur de his quę facta fuerāt in uia,
وكيف

وكيف عرفاه عند كسر الخبز ۞ و فيما هم يتكلمون بهذا
& quomodo cognouissent eum dum frangeret panem. Et dum ipsi loquerentur hæc,
وقف يسوع في وسطهم وقال لهم السلم لكم انا هو لا تخافوا
ſtetit Ieſus in medio eorum, & dixit eis, Pax uobis: Ego ſum. Ne timeatis.
فصاروا في خوف وظنّوا انهم ينظرون روحًا فقال لهم
Et facti ſunt in timore, & putauerunt ſe uidere ſpiritum. Et dixit eis,
ما بالكم تضطربون ولم تاتي الافكار في قلوبكم انظروا يدي
Quid turbati eſtis, & quare ueniunt cogitationes in corda ueſtra? Videte manus meas



و رجلي فانّي انا هو حسّوني وانظروا ان الروح ليس له لحم
& pedes meos, quia ego ipſe ſum, palpate me, & uidete quia ſpiritus nō habet carnem
وعظم كما ترون انه لي ولمّا قال هذا اراهم يديه و رجليه ۞
& oſſa, ſicut uidetis me habere. Et cùm dixiſſet hoc oſtēdit eis māus ſuas & pedes ſuos.
و اذ هم غير مصدّقين من الفرح والتعجب قال لهم
Et cùm ipſi eſſent increduli prę gaudio & admiratione dixit eis,
اعندكم ها هنا ما يوكل وانهم اعطوه جزوًا من حوت
Eſt ne apud uos hic quod manducetur? At illi dederunt ei partem piſcis

مشوي ومن شهد عسل فاخذ قدّامهم واكل واخذ
assi & faui mellis Et accepit coram illis. & comedit, & accepit
الباقي واعطاهم ✿ فقال لهم هذا الكلام الذي كلمتكم به
reliquias & dedit illis. Et dixit eis, Hic est sermo quem locutus sum uobis
اذ كنت معكم وانه سوف يكمل كل شي هو مكتوب في
cùm essem uobiscum, quia omnino implebuntur omnia quę scripta sunt in
ناموس موسي والانبيــآء والمزامير لاجلي وحينيذ فتح
lege Moysi, & in prophetis, & Psalmis de me. Et tunc aperuit
ذهنهم ليفهموا المكتوب وقال لهم هكذا هو مكتوب
sensum eorum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Sic est scriptum
ان المسيح سوف يولم ويقوم من الموتي في اليوم الثالث
quia Christus omnino pateretur, & resurgeret à mortuis in die tertia,
ويكرز باسمه بالتوبة ومغفرة الخطايا في جميع الأمم وتبدون
& pręducaret in nomine eius pœnitentia & rēissio peccatorū ī ōnes gentes, & īciperetis
من يروشليم وانتم تشهدون علي هذا وانا ارسل اليكم
ab Ierosolyma, & uos testes essetis horum. Et ego mitto ad uos
موعد ابي فاجلسوا انتم في المدينة يروشليم حتّي تتدرعوا
promissum patris mei. Sedete autē uos in ciuitate Ierosolyma quoadusque induamini
القوّة من العُلآء ثم اخرجهم خارجًا الي بيت عنيــا
uirtute ex alto. Deinde eduxit eos foras in Beth-aniam
ورفع يديه وباركهم وكان فيما هو يباركهم انفرد عنهم
& eleuauit manus suas, & benedixit eis. Et factū ē dū ipse benediceret eis recessit ab eis
وصعد الي السمآء فامّاهم فسجدوا له ورجعوا الي يروشليم
& ascendit in cœlum. Ipsi autem adorauerunt eum, & reuersi sunt in Ierusalem
بفرح عظيم وكانوا كل حين في الهيكل يسبحون
cum gaudio magno. Et semper in templo laudabant,
ويباركون الله امــــــــــــين ✿
& benedicebant Deum. Amen.

بسم الاب

بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti Dei unius.

بشارة القديس الجليل التلميذ الرسول يوحنّا ابن

Euangelium Sancti magni discipuli Apostoli Iohannis filij

زبدي حبيب ربنا يسوع المسيح

Zebedæi dilecti Domino nostro Iesu Christo.



في البدء كان الكلمة والكلمة كان عند الله والله هو الكلمة

In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum,

كان هذا قديمًا عند الله كلّ به كان وبغيره لم يكن

erat hoc ęternum apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso non fuit

شيء مما كان وبه كانت الحياة والحياة هي نور الناس

quicquam eorum quę facta sunt. Et in ipso erat uita, & uita erat lux hominum:

والنور اضا في الظلمة والظلمة لم تدركه ❁ كان انسان
& lux lucet in tenebris, & tenebrę non comprehenderunt eam. Fuit homo
ارسل من الله اسمه يوحنّا هذا جآء للشهادة ليشهد
missus à Deo, nomen eius erat Iohānes. Hic uenit ī testimoniū ut testimoniū phiberet
للنور ليومن الكل به ولم يكن هو النور بل ليشهد
de lumine, ut crederent omnes per illū. Et nō fuit ipse lux, sed ut testimoniū phiberet
للنور ❁ كان نور حقّ الذي يضي لكل انسان ات الي
de lumine. Erat lux uera quę illuminat omnem hominem uenientem in
العالم في العالم كان والعالم به كوّن والعالم لم يعرفه ❁ الي
mundū. In mundo erat, & mūdus p ipsum factus est & mundus nō cognouit eū. Ad
خاصته جآء وخاصته فلم تقبله فامّا الذين قبلوه
proprios suos uenit, & proprij sui non receperunt eum. Qui autem receperunt eū,
فاعطاهم سلطانًا ان يصيروا بني الله الذين يومنون باسمه
dedit eis potestatem fieri filios Dei, his qui credunt in nomine eius.
وليس هم من دم ولا من هوي لحم ولا من مشية رجل
Et non sunt ipsi ex sanguine, neque ex appetitu carnis, neque ex uoluntate uiri.
لكن ولدوا من الله ❁ والكلمة صار جسدًا وحلّ فينا
sed nati sunt ex Deo. Et uerbum factum est corpus, & habitauit in nobis,
ورأينا مجده مجدًا مثل الوحيد الذي من الاب الممتلي
& uidimus gloriam eius, gloriam quasi unici qui est à patre, plenum
نعمة وحقًّا ❁ يوحنّا شهد من اجله وصرخ وقال هذا
gratię & ueritatis. Iohānes testimoniū perhibuit de ipso, & clamauit, & dixit: Hic est
الذي قلت انه ياتي بعدي وكان قبلي لانه اقدم مني ❁
quem dixi quia ueniet post me, & factus est ante me, quia prior erat me:
ومن امتلايه نحن باجمعنا اخذنا ونعمة بدل نعمة من
Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Eò
اجل ان الناموس بموسي أعطي والنعمة والحقّ وجبا
quia lex per Moysen data est, & gratia & ueritas necessarię fuerunt
بيسوع المسيح ❁
per Iesum Christum.

الفصل

الفصل الثاني

Sectio ſecunda.

الله لم يره احد قط الأبن الوحيد الذي هو في حضن
Deum, non uidit eum aliquis' unquam. Filius unicus qui eſt in ſinu
ابيه هو خبّر ✡ وهذه شهادة يوحنّا اذا ارسل اليهود
patris ſui, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium Iohannis quando miſerunt Iudęi
اليه من يروشليم كهنة ولاويين ليسلوه انت من انت
ad eum ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ut interrogarent illum. Tu, quis es?
فاعترف ولم ينكر واقرّ اني لست المسيح فسالوه فمن انت
Et cõfeſſus eſt, & nõ negauit, & cõfirmauit, Quia ego nõ ſũ Chriſtus: Et ĩterrogauerũt
ايلياء فقال لست افالنبي انت فقال كلا فقالوا له فمن
eũ, Quis ergo es tu? Elias? & dixit, Nõ ſũ. Propheta es tu? & dixit Nequaquã. Dixe-
انت لنرد الجواب الى الذين ارسلونا ماذا تقول عن
rũt ergo ei, Quis igitur es tu? ut demus reſponſum his q̧ miſerunt nos, Quid dicis de
نفسك ✡ قال انا الصوت الصارخ في البرية سهّلوا
te ipſo? Dixit, Ego uox clamans in deſerto, Explanate
طريق الربّ كما قال اشعيا النبي ✡ فامّا اوليك
uiam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta. At illi qui
المرسلون فكانوا من الفريسيين وسالوه وقالوا له ما
miſſi fuerunt erant ex Phariſęis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid
بالك تعمد ان كنت انت لست المسيح ولا ايلياء ولا
tibi curę eſt baptizare, ſi tu non es Criſtus, neque Elias, neque
النبي ✡ اجابهم يوحنّا وقال انا اعمدكم بالماء وفي وسطكم
Propheta? Reſpõdit eis Iohãnes, & dixit, ego baptizo uos, aqua, ĩ medio autẽ ueſtrũ
قايم ذاك الذي لستم تعرفونه الذي ياتي بعدي وهو
ſtans eſt ille quem uos non cognoſcitis. Qui uenit poſt me, & ipſe
قبلي كان ذاك الذي لست مستحقا ان احلّ سيور
ante me factus eſt, ille eſt, cuius non ſum dignus, ut ſoluam corrigias
خذايه ✡ هذا كان في بيت عنيا في عبر الأردن حيث
calceamentorum. ſuorum Hęc facta ſunt in Bethania trans Iordanem, ubi

كان يوحنّا يعمّد ومن الغدّ نظر يسوع مقبلاً اليه فقال
Iohannes baptizabat. Altera die uidit Iesum uenientem ad se, & dixit,
هاهوذا حمل الله هاهوذا الذي يرفع خطايا العالم ۞
Ecce agnus. Dei ecce qui tollit peccata mundi.
هذا ذاك الذى قلت انا من اجله انه ياتي بعدي رجل
Hic est ille, de quo dixi ego, quia ueniet post me uir,



وهو كان قبلي لانه اقدم مني وانا لم اكن اعرفه لكن ليظهر
& ipse factus est āte me, qa præcessor mei est, & ego nō nouerā eū: sed ut māifestetur
لاسرايل من اجل هذا جيت انا لاعمد بالمآء ۞ وشهد
Israeli, propterea ueni ego ut baptizarem in aqua: Et testificatus est
يوحنّا وقال اني رايت الرّوح انه نزل من السمآء مثل
Iohannes, & dixit, Quia uidi spiritum, ecce descendit de cœlo ueluti
حمامة وحلّ عليه ولم اكن اعرفه لكن من ارسلني لأعمد
columba, & mansit super eum; Et non noueram eum: Sed qui misit me ut baptizarem
بالمآء هو قال لي ان الذي ترى الروح ينزل ويثبت عليه
in aqua, ipse dixit mihi, super quē uideris spiritum descēdentē, & manētē super illum
هو يعمد

هو يعمد بروح القدس وانا عاينت وشهدت ان هذا هو
ipse baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testificatus sum, quia hic est
ابـــــــــن الله ✡
filius Dei.

الفصل الثالث

Sectio tertia.

وفي الغدّ كان يوحنّا واقفًا واثنان من تلاميذه فنظر
Sequenti autem die Iohannes stabat, & duo ex discipulis eius. Et rexpexit
الى يسوع ماشيًا فقال هوذا حمل الله فسمع تلميذاه
Iesum ambulantem, & dixit: Ecce agnus Dei, & audierunt discipuli duo eius
كلامه فتبعا يسوع فالتفت يسوع فراهما يتبعانه فقال
sermonẽ eius, & secuti sũt Iesũ. Cõuersus est aũt Iesus, & uidit eos qui sequebãt se, &
لهما ماذا تريدان فقالا له رابوني الذي تاويله يامعلم اين
dixit eis: Quid uultis? Et dixerunt ei, Rabuni, cuius interpretatio est Magister ubi
تكون فقال لهما تعالا لتنظرا فاتيا وابصرا اين يكون
habitas? Et dixit eis. Venite ut uideatis. Et uenerunt & uiderunt ubi maneret,
واقاما عنده يومهما ذلك وكان نحو عشر ساعات ✡
& steterunt apud eum die illo: & erat quasi decima hora.
واندراوس اخو سمعان كان واحدًا من الأثنين الذين
Et Andreas frater Simonis erat unus ex duobus qui
سمعا من يوحنّا وتبعاه هذا وجد اولًا سمعان اخاه وقال له
audierant Iohannem, & secuti fuerãt eum. Hic inuenit primum fratrẽ suũ, & dixit ei
قد وجدنا مسّيا الذي تاويله المسيح فجاء به الي يسوع فلمّا
Iam inuenimus Messiã, cuius ĩterpretatio est Christus. Et adduxit eũ ad Iesum, & cùm
نظر اليه يسوع قال له انت سمعان ابن يونا انت تدعي
inspexisset eum Iesus, dixit ei. Tu es Simon filius Iona? Tu uocaberis
الصفا الذي تاويـــــــله بطرس ✡
Sepha, cuius interpretatio est Petrus.

الفصل الرابع

Sectio quarta.

ومن الغد اراد الخروج الي الجليل فوجد فيلبس فقال
Et in craſtinum uoluit exire in Galilęam: & inuenit Philippum. Et dixit
له يسوع اتبعني وكان فيلبس من بيت صيدا من مدينة
ei Ieſus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate
اندراوس و بطرس فوجد فيلبس ناثانييل وقال له الذي
Andręę & Petri. Inuenit autem Philippus Nathanael, & dixit illi: de quo
كتب موسي من اجله في الناموس والانبياء وجدناه
ſcripſit Moyſes in lege, & prophetę inuenimus eum,
وهو يسوع ابن يوسف الذي من الناصرة فقال له
& ipſe eſt Ieſus filius Ioſeph qui eſt à Nazareth. Dixit autem ei
ناثانييل هل يمكن ان يخرج من الناصرة شيء فيه صلاح
Nathanael: Nunquid poteſt exire à Nazareth aliquid in quo ſit bonitas?
فقال له فيلبس تعال وانظر فلما راي يسوع ناثانييل مقبلا
Dixit autem ei Philippus, Veni & uide. Cùm autem uidiſſet Ieſus Nathanael ueniētē
اليه قال من اجله هذا حقا اسرايلي لا غش فيه فقال له
ad ſe: dixit de eo. Hic uerè eſt Iſraelita, non eſt dolus in eo. Dixit autem ei
ناثانييل من اين تعرفني اجاب يسوع وقال له قبل ان
Nathanael, Vnde noſti me? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Antequàm
يدعوك فيلبس وانت تحت التينة رايتك اجاب
uocaret te Philippus, cùm tu eſſes ſub ficu uidi te. Reſpondit
ناثانييل وقال له يا معلم انت هو ابن الله انت هو ملك
Nathanael, & dixit ei, Magiſter, tu es filius Dei, tu es Rex
اسرايل قال له يسوع لانني قلت لك انني رايتك تحت
Iſrael. Dixit ei Ieſus: Quia dixi tibi me uidiſſe te ſub
شجرة التين امنت سوف تعاين اعظم من هذا قال له
arbore fici credidiſti, certe uidebis maiora his. Dixit ei
الحق الحق اقول لكم انكم من الان ترون السماء
Amen amen dico uobis, quia amodò uidebitis cœlum
مفتوحة و ملايكة الله يصعدون وينزلون علي ابن
apertum, & angelos Dei aſcendere, & deſcendere ſupra filium
البشر

البشـــــــــــر

hominis.

الفصل الخامس

Sectio quinta.

وفي اليوم الثالث كان عُرس في قانا الجليل وكانت

Et in die tertia factæ sunt nuptiæ in cana Galileæ, & erat

ام يسوع هناك ودعي يسوع وتلاميذه الى العُرس وكانت

mater Iesu, ibi. Et uocatus est Iesus, & discipuli eius ad nuptias, & cùm



الخمر قد نفدت فقالت ام يسوع له ليس لهم خمرٌ قال لها

uinum defecisset, dixit mater Iesu ei, Non est eis uinum: dixit illi

يسوع ما لي ولك ايتها المرأة لم تات ساعتي فقالت امّه

Iesus, Quid mihi & tibi ò mulier, non uenit hora mea. Dixit autem mater eius

للخُدام افعلوا ما يامركم به وكان هناك ست اجاجين

ministris, Facite quodcunque preceperit uobis. Erant autem ibi sex hydrię

من حجارة موضوعة لتطهير اليهود يسع كلّ واحد مطرين

ex lapidibus positæ secũdũ purificationẽ Iudęorũ, capiebat unaquęque metretas duas

او ثلثة فقال لهم يسوع املوا الاجاجين ماء فملوها الى

uel tres. Dixit autem eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad

فوق وقال لهم استقوا الان وناولوا رييس التكاة فودوا فلمّا

summum. Et dixit illis, Bibite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Cùm autem

ذاق رييس التكاة ذلك الماء المتحول خمرًا ولم يعلم من

gustasset architriclinus illam aquam uersam in uinum, & non sciuisset un-

اين هو وكان الخدام يعلمون لانهم ملوا الماء فدعا رييس

de esset, ministri autem sciebant, quia ipsi impleuerant aqua, uocauit archi-

التكاة العروس وقال له كلّ انسان انما ياتي بالشراب الجيدّ

triclinus sponsum, & dixit ei: Omnis homo, non affert nisi uinum bonum

اولاً فاذا سكروا عند ذلك ياتي بالدون وانت ابقيت

prius, & cùm inebriati fuerint, tunc affert deterius. Tu autem seruasti

الشراب الجيدّ الي الان هذه الاية الاولي التي فعلها يسوع

poculum bonum usque adhuc. Hoc signum est primum quod fecit Iesus

في قانا الجليل واظهر مجده وامن به تلاميذه ۞

in Cana Galilęæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

الفصل السادس

Sectio sexta.

بعد هذا انحدر الي كفرناحوم هو و امّه واخوته

Post hoc descendit in Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius

وتلاميذه واقاموا هناك اياما يسيرة ۞ وكان فصح اليهود

& discipuli eius, & steterunt ibi diebus paucis. Et Pascha Iudæorum

قد قرب ۞ فصعد يسوع الى يروشليم فوجد في الهيكل

prope erat. Et ascendit Iesus Ierosolymam: & inuenit in templo

باعة البقر والكباش والحمام وصيارف جلوسًا فصنع

uendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes. Et fecit

مخصرة من حبل واخرج جميعهم من الهيكل وطرد

flagellum de funiculis, & eiecit omnes eos de templo, & expulit

البقر والخراف وبدد دراهم الصيارف وقلب موايدهم

boues & oues, & dispersit drachmas nummulariorum, & euertit mensas eorum.

وقال

وقال لباعة الحمام احملوا هذا من هاهنا ولا تجعلوا
Et dixit uendentibus columbas, Auferte ista hinc, & ne faciatis
بيت ابي بيت التجاره ✿ فذكر تلاميذه انه مكتوب
domũ patris mei domũ negotiationis. Recordati uerò sũt discipuli eius, quia scriptũ ẽ
غيّرة بيتك اكلتني ✿ فاجاب اليهود وقالوا له ايّ
Zelus domus tuæ comedit me. Et responderunt Iudæi, & dixerunt ei: Quod
اية ترينا حتى تفعل هذه الافعال ✿ اجاب يسوع قايلاً
signum ostendis nobis, ut facias istas operationes? Respondit Iesus dicens



لهم حلّوا هذا الهيكل وانا اقيمه في ثلث ايام قال له
eis: Soluite hoc templum, & ego erigam illud in tribus diebus. Dixerunt ei
اليهود في ستّ واربعين سنة بني هذا الهيكل وانت
Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum, & tu
تقيمه في ثلثه ايام فامّا هو فعني هيكل جسده ولمّا قام
eriges illud ĩ tribus diebus? Ipse aũt significauit tẽplũ corporis sui, Cũ aũt resurrexisset
من الاموات ذكر تلاميذه انه لهذا قال فامنوا بالكتب
à mortuis recordati sũt discipuli eius, quia propter hoc dixisset, & crediderũt scripturis

والكلمة التي قال يسوع وامن باسمه عند كونه باروشليم في
& uerbo, quod dixerat Iesus, & crediderunt in nomine eius cùm esset in Ierusalem in
عيد الفصح كثير لانهم عاينوا الايات التي عمل فاما يسوع
die festo, pasche multi, quia uiderunt signa quæ fecit. Iesus autem
فلم يكن يامنهم لانه كان عارفًا بكل احد ولم يكن يحتاج
non credebat eis, quia sciebat omnes, & non oportebat.
ان يشهد له احد علي انسان لانه كان يعلم ما في الانسان ✡
ut testimonium phiberet ei aliquis de homine, quia sciebat, quid esset in homine

الفصل السابع
Sectio septima.

وكان رجل من الفريسيين اسمه نيقوديمس رييسًا
Erat autem homo ex Pharisæis nomen eius erat Nicodemus princeps
لليهود هذا اتي الي يسوع ليلًا وقال له يامعلّم نحن نعلم
Iudæorum. Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei, Magister, nos scimus,
انك اتيت من الله معلما لانه ليس يقدر احد ان يعمل
quia uenisti à Deo magister: quia non potest quis facere
هذه الايات التي تعمل الا من الله معه اجاب يسوع وقال
hæc signa, quæ facis, nisi ille cum quo est Deus. Respondit Iesus, & dixit
له الحقّ الحقّ اقول لك انه من لم يولد من ذي قبل
ei. Amen amen dico tibi, quia quicumque non fuerit natus denuò
لن يقدر ان يعاين ملكوت الله قال له نيقوديمس كيف
non poterit uidere regnum Dei. Dixit ei Nicodemus, Quomodo
يمكن ان يولد رجل شيخ العله يقدر ان ياج بطن امه
possibile est, ut nascatur uir senex? numquid ipse poterit intrare uentrem matris suæ
ثانية ويولد اجاب يسوع وقال له الحقّ الحقّ اقول لك
iterum, & nasci? Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi
ان من لم يولد من الماء والرّوح لن يقدر ان يدخل
quia quicumque non fuerit natus ex aqua & spiritu non poterit intrare
ملكوت الله ان المولود من الجسد جسد هو والمولود
regnum Dei, quia natum ex corpore corpus est, & natum
من

من الروح فهو روح لاتعجبن من قولي لك انه ينبغي لكم ان
ex spiritu & ipsum est spiritus. Ne mireris de sermone meo ad te, quia oportet uos
تولدوا من ذي قبل الروح يهب حيث يشاء و تسمع
nasci denuò. Spiritus spirat ubi uult, & audis
صوته الا انك ليس تعلم من اين ياتي و الا الى اين
uocem eius. Sed tu non scis unde ueniat, neque quò
يذهب هكذا كل مولود من الروح اجاب نيقوديمس
uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus,
وقال كيف يمكن ان يكون هذا اجاب يسوع وقال له
& dixit, Quomodo possibile est fieri hoc? Respondit Iesus, & dixit ei.
انت معلم اسرائيل ولا تعلم هذا الحق الحق اقول لك
Tu es magister Israel, & non scis hoc? Amen amen dico tibi,
انا انما ننطق بما نعلم ونشهد بما رأينا ولستم تقبلون
quia nos loquimur, quod scimus, & testamur quod uidimus, & non accipitis
شهادتنا اذ كنت اعلمتكم الارضيات و لستم تومنون
testimonium nostrum. Si doceo uos terrena, & non creditis
فكيف ان قلت لكم السماييات تصدقون و ما يصعد
quomodo si dixero uobis cęlestia credetis? Et non ascendit
احد الى السماء الا الذي نزل من السماء ابن البشر
quis in cęlum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis
الذي هو في السماء و كما رفع موسي الحية في البرية
qui est in cælo. Et sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto,
هكذا ينبغي ان يرفع ابن البشر لكي كل من يومن به
ita oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum
لا يهلك بل ينال الحياة الابدية هكذا احب الله العالم
non pereat, sed consequatur uitam ęternam, Sic dilexit Deus mundum,
حتى بذل ابنه الوحيد لكيلا يهلك كل من يومن به
ut dono dederit filium suum unicum, ne pereat omnis qui credit in eum,
بل يكون له حياة الابد لانه لم يرسل الله ابنه الى
sed habeat uitam ęternam. Quia non misit Deus filium suum in

العالم ليدين العالم لكن لينجي به العالم ومن يومن به
mundũ, ut iudicet mundũ, sed ut saluetur per ipsum mundus. Et qui crediderit in eũ
لا يدان ومن لم يومن به فهو مدان لانه لم يومن باسم ابن
nõ iudicetur, & qui nõ crediderit in ipsum, iã iudicatus est: quia nõ credit in noĩe filij
الله الوحيد وان هذه هي المداينة ان النور جآء الي العالم
Dei unici. Et hoc est iuditium, quia lux uenit in mundum,
واحبّ الناس الظلمة اكثر من النور لان اعمالهم كانت
& dilexerunt homines tenebras, magisquàm lumen, quia opera eorum erant
شريرة لان كل من يعمل السيّيات يبغض النور وليس
mala. Quia omnis qui operatur mala odit lucem, & non
يقبل الي النور ليلا تبكّت اعماله لانها شريرة فامّا
uenit ad lucem, ne arguantur opera eius, quia mala sunt: qui
الذي يعمل الحقّ فانه يقبل الي النور وتظهر اعماله
autem facit ueritatem uenit ad lucem, & manifestat opera sua,
انّها بالله معمولة ✿ بعد هذا اقبل يسوع وتلاميذه الي
quia in Deo facta sunt. Post hoc uenit Iesus, & discipuli eius in
ارض اليهودية وكان يتردد هناك معهم ويعمّد ✿ وقد
terram Iudæam, demorabatur ibi cum eis, & baptizabat. Et
كان يوحنّا يعمّد في عين نون التي الي جانب ساليم
Iohannes baptizabat in fonte Nun, qui est ad partem Salim,
لكثرة المآء هناك وكانوا ياتون ويعتمدون ✿ لانّه لم
ob multitudinem aquæ, quæ est tibi, Et ueniebant, & baptizabantur, quia non
يكن يوحنّا بعد القي في السجن ✿ وكانت مناظرة بين
erat Iohannes adhuc missus in carcerem. Et facta est quæstio inter
تلاميذ يوحنّا واليهود من اجل التطهير فاقبلوا الي
discipulos Iohannis, & Iudæos de purificatione. Et uenerunt ad
يوحنّا وقالوا له يا معلم ذاك الذي كان معك في عبر
Iohannem, & dixerunt ei: Magister ille, qui erat tecum trans
الاردن الذي انت شهدت له هوذا ايضًا يعمّد وياتي اليه
Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce etiam baptizat, & ueniunt ad eum
الكل

الكل اجاب يوحنّا وقال لن يقدر الانسان ان ياخذ شيًا
omnes. Respondit Iohannes, & dixit, Non potest homo accipere quicquam
الآن يعطي من السمآء ✡ انتم تشهدون لي اني قلت اني
nisi donatus sit de cęlo. Vos testimonium perhibetis mihi quòd dixerim: Quia
لست المسيح لكني ارسلت امام ذاك ✡ من له عروس
non sum Christus, sed ego missus sum ante illum. Cuicunque est sponsa
فهو عريس وصديق الختن الواقف المصغي اليه يفرح
sponsus est, & amicus sponsi stans audiens eum, gaudet
فرحًا من اجل صوت الختن فالان هاهوذا فرحي قد تمّ
gaudio propter uocem sponsi, Nunc igitur ecce gaudium meum impletum est,
لذلك ينبغي ان ينمي ولي ان انقص لان الذي ياتي من
illum oportet crescere, & me minui. Quia qui uenit de
فوق هو فوق كل احد والذي من الارض هو ارضيّ ومن
sursum, ipse est super omnes, & qui de terra, est terrenus, & de
الارض ينطق والذي من السمآء اتي هو فوق الكلّ وبما
terra loquitur. Et qui de cęlo uenit ipse est super omnes, & quod
عاين وسمع يشهد وليس يقبل احد شهادته والذي قد
uidit, & audiuit testatur: & non accipit quisquam testimonium eius. Et qui
قبل شهادته قد ختم ان الله حق هو لان الذي ارسله
accepit testimonium eius signauit: quia Deus uerax est, quia quem misit
الله انما ينطق بكلام الله لانه ليس بكليل اعطاه الله
Deus non loquitur nisi uerba Dei, quia non in mensura dat ei Deus
الرّوح ✡ الأب يحب الابن وقد جعل في يده كل شي
spiritum. Pater diligit filium, & in manu eius posuit omnia.
ومن يومن بالابن فله الحياة الدايمة ومن لا يومن
Et qui credit in filium habet uitam ęternam: & qui non credit
بالابن لا يعاين الحياة بل يحلّ عليه غضب الله ✡
in filium, non uidebit uitam, sed habitabit super ipsum ira Dei.

الفصل الثامن
Sectio octaua.

ولمّا علم الربّ ان الفريسيين قد سمعوا ان يسوع قد اتخذ
Et cùm cognouiſſet Dominus, quia Phariſæi audiuerant, quòd Ieſus aſſumpſiſſet
تلاميذ كثيرين وانه يعمّد اكثر من يوحنّا ان ليس
diſcipulos plures, & quòd baptizaret pluſquàm Iohannes, cùm minimè
يسوع كان يعمّد بل تلاميذه ۞ فترك اليهودية و مضي
Ieſus baptizaret, ſed diſcipuli eius, reliquit Iudæam, & abijt
الي الجليل ۞ و كان قد ازمع ان يعبر علي موضع
in Galilæam, & futurus erat, ut tranſiret per locum
السّامرة ۞ فاقبل الي مدينة السّامرة التي تسمي سوخار
Samariæ. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ uocatur Suchar,
الي جانب القرية التي كان يعقوب وهبها ليوسف ابنه
uerſus uillam, quam Iacob dederat Ioſeph filio ſuo.
وكانت هناك عين ماء يعقوب وكان يسوع قد اعيا
Et erat ibi fons aquæ Iacob. Erat autem Ieſus laxus
من تعب الطريق فجلس هكذا علي العين في ست
ex labore itineris. Et ſedebat ſic ſupra fontem in ſexta
ساعات فجاءت امرأة من السّامرة لتدل الماء فقال لها
hora. Et uenit mulier de Samaria, ut hauriret aquam. Et dixit ei
يسوع اعطيني اشرب وكان تلاميذه قد مضوا الي المدينة
Ieſus: Da mihi bibere. Et diſcipuli eius abierant in ciuitatem
ليبتاعوا لهم طعامًا قالت له تلك المرأة السّامرية كيف
ut emerent ſibi cibos. Dixit ei illa mulier ſamaritana, Quomodo
وانت يهودي تستسقيني الماء وانا امرأة سامرية واليهود لا
cũ tu ſis Iudæus, petis à me bibere aquam. Et ego mulier ſum ſamaritana? Et Iudęi nō
يختلطون بالسّمرة اجاب يسوع وقال لها لو كنت
commiſcentur ſamaritanis? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Si
تعرفين عطية الله ومن هذا الذي قال لك ناوليني اشرب
tu ſcires donum Dei, & quis eſt hic, qui dixit tibi, Da mihi bibere,
لكنت انت تساليه يعطيك ماء الحياة قالت له تلك
tu peteres ab eo, & daret tibi aquam uitæ. Dixit ei illa
المرأة

المرآة ياسيدّ انه لا دلوا لك والبير عميقة فمن اين لك ماء
mulier, Domine non eſt ſitula tibi, & puteus profundus eſt. Vnde ergo tibi aqua
الحياة العلك اعظم من ابينا يعقوب الذي اعطانا هذه
uitæ? Foran tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis hunc
البير ومنها شرب هو وبنوه وغنمه اجاب يسوع وقال
puteum, & ex eo bibit ipſe, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit
لها كلّ من يشرب من هذا المآء يعطش ايضًا فامّا كلّ
ei, Quicunque bibit ex hac aqua ſitiet iterum. Quicunque autem



من يشرب من المآء الذي اعطيه لا يعطش الى الابد
bibit ex aqua, quam dabo, non ſitiet in æternum
بل ذلك المآء الذي اعطيه يكون فيه مآء ينبوع الحياة
ſed illa aqua, quam dabo, fiet in eo aqua, quæ ſcaturiet uitam
الدايمة قالت له المرآة ياسيدّ اعطني من هذا المآء لكيلا
æternam. Dixit ei mulier, Domine da mihi ex hac aqua, ne
اعطش ولا اجي وادلو من هاهنا فقال لها يسوع امضي
ſitiam, neque ueniam, & hauriam ex hoc loco. Dixit autem ei Ieſus, Vade

وادعي زوجك وتعالي هاهنا اجابت المرأة وقالت له
& uoca coniugem tuum: & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei,
ليس لي زوج قال لها يسوع حسنًا قلت انه لا بعل لي لانه
Non est mihi coniux. Dixit ei Iesus, Benè dixisti, quia non est coniux mihi, quia
قد كان لك خمسة ازواج والذي هو لك الان ليس هو
fuerunt tibi quinque uiri, & ille qui est tibi nunc, non est
زوجك امّا هذا فحقًا قلت قالت له المرأة ياسيّد اني اري
uir tuus. Hoc autem uerè dixisti. Dixit ei mulier, Domine equidem uideo
انك نبي اباونا سجدوا في هذا الجبل وانتم تقولون انه
quia tu es propheta. Patres nostri adorauerunt in hoc monte: uos autem dicitis, quia
بيروشليم المكان الذي ينبغي ان يسجد فيه قال لها يسوع
in Ierusalem est locus in quo oportet adorare: Dixit ei Iesus,
ايتها المرأة امني بي انه ستاتي ساعة لا في هذا الجبل ولا
O mulier crede mihi, quia uenit hora, quando neque in hoc monte, neque
في يروشليم يسجدون للاب انتم تسجدون لمن لا تعلمون
in Ierusalem adorabunt Patrem. Vos adoratis, quem non scitis:
ونحن نسجد لمن نعلم لان الخلاص هو من اليهود لكن
Nos autem adoramus, quem scimus, quia salus est ex Iudæis. Sed
ستاتي ساعة وهي الان لكيما الساجدون بالحق يسجدون
ueniet hora, & est nunc, ut adoratores in ueritate adorent
للاب بالروح والحق لان الاب انما يريد مثل هولاي
Patrem in spiritu & ueritate. Nam Pater, non uult nisi similes istis,
الساجدين له لان الله روح والذين يسجدون له بالروح
adoratores eius. Quia Deus est spiritus, & eos qui adorant eum, in spiritu
والحق ينبغي ان يسجدوا قالت له المرأة قد علمنا ان مسيّا
& ueritate oportet adorare. Dixit ei mulier, Sciuimus quia Messias
الذي هو المسيح ياتي فاذا جاء ذاك فهو يعلمنا كلّ شيء
qui est Christus ueniet: Cùm ergo uenerit ille, ipse docebit nos omnia.
فقال لها يسوع انا هو الذي اكلمك وفي هذا جاء
Dixit autem ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum. Et continuò uenerunt
تلاميذه

تلاميذه وتعجبوا من كلامه مع امرأة ولم يقل احد ماذا
discipuli eius, & mirati sunt de sermone eius, cum muliere, & non dixit quis, Quid
يريد ولم تكلمها فتركت المرأة جرتها ومضت الى المدينة
uult, & quare locutus est cũ ea. Et reliquit mulier hydriam suam: & abiit in ciuitatem
وقالت للناس تعالوا انظروا الى هذا الرجل لانه اعلمني
& dixit hominibus: Venite uidete hunc uirum, quia ostendit mihi
كلما فعلت العل هذا هو المسيح فخرجوا من المدينة
quæcumquę feci, Numquid hic est Christus? Exierunt ergo de ciuitate,
واقبلوا نحوه وفي هذا سأله تلاميذه قايلين يا معلم كل
& uenerunt ad eum. Et interrogauerũt eum discipuli eius, dicentes: Magister mãduca,
فقال لهم ان لي طعامًا ليس تعرفوه انتم فقال التلاميذ فيما
dixit autem eis, Est mihi cibus, non scitis eum uos. Dixerunt autem discipuli ad
بينهم لعل انسانا وافاه بشي يطعمه فقال لهم يسوع طعامي
inuicẽ, Nũquid aliquis attulit aliquid quod mãducet? Et dixit eis Iesus, Cibus meus ẽ,
انا ان اعمل مشية من ارسلني واتم عمله اليس انتم تقولون
ut ego faciam uoluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius. Nõne uos dicitis,
ان الحصاد ياتي بعد اربعة اشهر وانا قايل لكم ارفعوا
quòd messis ueniet post quatuor menses? Et ego dico uobis, Leuate
اعينكم وانظروا الي الكور قد ابيضت وبلغت الحصاد
oculos uestros, & respicite in regiones, quia albę factæ sunt, & ad finem uenit messis.
والذي يحصد ياخذ الاجره ويجمع ثمار الحياة الدايمة
Et qui metit accipit mercedem suam, & congregat fructum uitæ æternæ:
والزارع والحاصد يفرحان معا لانه في هذا توجد كلمة
Et seminans, & metens gaudebunt simul. Quia in hoc inuenitur uerbum
الحق ان واحدا يزرع واخر يحصد انا ارسلتكم لتحصدوا
uerum, quia unus seminat, & alter metit. Ego misi uos, ut metatis
شيئا ليس انتم تعبتم فيه لان اخرين تعبوا وانتم دخلتم
rem, in qua uos non laborastis, quia alij laborauerunt, & uos introistis
علي تعب اوليك فامن به في تلك المدينة سامريون
in laborem eorum. Et crediderunt in eum in illa ciuitate Samaritanorum

كثيرون من اجل كلمة تلك المرأة التي كانت تشهد
multi, propter uerbum illius mulieris, quæ testificabatur,
انه اعلمني بكل شي فعلت ولما صار اليه السامريون
quia ostendit mihi omnia quæcumque feci. Et cùm uenissent ad eum Samaritani,
طلبوا اليه ان يقيم عندهم فمكث عندهم يومين فامن
rogauerunt eum, ut staret apud illos, Et permansit apud illos duos dies. Et crediderũt
به جمع كبير من اجل كلمته وكانوا يقولون لتلك
in eum multitudo magna, propter uerbum eius. Et dicebant illi
المرأة انّا ليس من اجل قولك نومن به لكنا قد سمعنا
mulieri, Nos non propter sermonem tuum credimus in eum, sed nos iam audiuimus,
